



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>















WUM

WYDZIAŁ KULTURY I OŚWIATY

WARSZAWIE

*Wydrukowano w Zakładzie Drukarskim tego zakresu przez Wydział Kultury i Oświaty w Krakowie powołaną.*

IV. —

WUM z lat 1487 — 1563.

—

WARSZAWIE,  
W DZIAŁALNOŚCI UMIEJĘTNOŚCI.  
KLUCZYCKIEGO I SP.  
Kocińskiego.

- 1 -

04955

T. 1. 1.



# LIBER DILIGENTIARUM

## FACULTATIS ARTISTICAE

### UNIVERSITATIS CRACOVIENSIS

PARS I  
(1487 — 1563).

*Ex Codice manuscripto, in bibliotheca Jagellonica asservato,*

editionem curavit


DR. WŁADISLAUS WISŁOCKI.



CRACOVIAE,  
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM.

E TYPOGRAPHIA EPHEMERIDUM „CZAS“ FR. KLUCZYCKI & SOC.  
Provisore Josepho Łakociński.

1886.



MEMORIAE  
JOANNIS KOCHANOWSKI,  
POËTAE CELEBERRIMI,

A. MDXLIV FACULTATIS ARTISTICAE ALMAE UNIVERSITATIS  
CRACOVIENSIS SCHOLARIS,

S.





## LECTURIS SALUTEM!

**A**nno a Christo nato 1487, commutatione hiemali in decanatu Andreae a Łabiszyno Łabiszynii, legentes in artistica Universitatis Cracoviensis facultate et philosophorum ordinem repraesentantes magistri unanimi statuerunt voto, ut in posterum uniuscujusque semestris decanus in separato Registro accuratum conficeret conspectum lecturarum et exercitiorum magistrorum, nec non quas partes iidem in sabbativis actibus ordinariis seu disputationibus publicis habuerint, et cujusque eorum diligenter notaret negligentias et diligentias. Cujus generis authentica Registra, dicta »Registra facultatis artisticae«, »Metricae facultatis philosophicae« vel »Libri diligentiarum facultatis philosophicae«, inde a semestri hiberno a. 1487 usque ad a. 1780 servata nobis sunt fortuna prospera in collectione librorum manuscriptorum bibliothecae Universitatis Jagellonicae. Hoc autem modo instructa, ut in omne fere semestre primum Tabulam lecturarum et exercitiorum, digestam secundum lectoria horasque, deinde Ordinem magistrorum contineant, et temporis progressu compacta in aliquot volumina, jam nunc complures efficiunt codices et aetate et iis, quae continent, admodum insignes.

Partem eorum primam gravissimamque, complectentem annos 1487—1563, placuit Ordini philologo Academiae litte-

rarum, ut celebrarentur trecentesima anniversaria sollemnia obitus Praestantissimi illius poëtae Joannis Kochanowski, qui aestivo semestri a. 1544 studiosus fuerat facultatis artisticae, typis vulgare, atque hanc quidem partem accurate, quoad potuit, impressam et necessariis Adnotationibus Indicibusque adornatam in publicum damus. In exordio tamen liceat nobis hic pauca explicandi causa praefari.

Pars prima Libri diligentiarum, continens annos 1487—1563 et a. 1564 cura illius temporis decani, Martini Glicii a Pilzno, cincta cute, prae se ferenti expressas imagines insignium Universitatis, efficit separatim Codicem in semifolio minori, nunc sub nro 249, constantem ex 330 paginis completis et una vacua charta initio. Ipse textus, continens Tabulam lecturarum et exercitiorum atque Ordinem magistrorum commutationis aestivalis a. 1563, finitur jam pag. 326; reliquae paginae usque ad finem praebent nobis permagni momenti variis manibus additas adnotationes ad historiam facultatis intra annos 1485—1575 pertinentes, exscriptas in Appendice hujus editionis pag. 355—359. In tegimento autem Codicis et in vacua charta initiali inveniuntur praeterea duae solutae adnotationes antiquae: 1. »Liber antiquus diligentiarum in semifolio«, et 2. »1564 opera et diligentia in decanatu mgri Martini Pilsnensis, s. Annę canonici, Omnium ss. praedicatoris, collegę maioris, Vniuersitatis Cracouiensis procuratoris, haec pars prima Metricę, vetustate attrita, in hunc splendorem restituta est«.

Codex noster continet itaque Tabulas lecturarum et exercitiorum et Ordinem magistrorum facultatis artisticae ab a. 1487 usque ad 1563. Non omni tamen ex parte haec verbum e verbo sunt intelligenda.

Nam si nullam habueris rationem defectus duorum semestrium, aestivi 1491 et hiberni 1495, quibus, qui tunc erant, decani, Joannes Szadkovius a Szadek et Michaël Parisiensis de Bystrzyków, vacuos tantum reliquerunt locos



(pag. 18 et 19, 36 et 37), invenimus in Codice una ex parte, ut ita dicamus, quandam abundantiam materiae, altera vero ex parte reperiuntur manifesta vestigia defectuum, quae sunt argumento, Librum diligentiarum illorum temporum non posse haberi perfectam imaginem omnium in universum lecturarum facultatis philosophicae. Id, quod in Codice redundat, casu tantum quodam eodem illatum neque est ita amplum. Res quidem sic se habet. In lectoriis Collegii majoris, quae fuit potissimum sedes facultatis philosophicae, ubi magistri artium legebant, profitebantur etiam lectiones professores facultatis medicae, qui illis temporibus suum Collegium suaeque lectoria nondum habebant. Itaque unusquisque decanus facultatis artisticae, quod nonnulli tantum neglexerunt, refert hanc ob rem in Tabulam lecturarum et exercitiorum, in quo lectorio quaque hora legat «medicus» vel «physicus». Ceterum tamen his decanis nulla erat potestas inspiciendi professores facultatis medicae et propterea, nonnullis et paucis locis exceptis, neque hunc medicum vel physicum nominatim protulerunt, neque adscripserunt, quae re vera in Medicinis esset professus, eoque minus putarunt sui esse officii ejus diligentiam aut negligentiam in lectionibus notare.

Attamen his exiguis additamentis nullo modo possunt compensari graves defectus, qui aliis in rebus in Codice planissime apparent:

Itaque praecipue prima pars Libri diligentiarum continet tantum lectiones magistrorum eorumque partes in sabbativis actibus ordinariis. Exceptis vero duobus haud magni momenti casibus semestri hiberno a. 1555 et aestivo a. 1557, non amplectitur neque lectiones, quas pro completionem biennii hibernis semestribus tempore Quadragesimae sive in Jejunio, aestivis autem diebus canicularibus seu tempore vindemiarum baccalaurei artium, ut haberent, erant adstricti, neque eorum disputationes publicas, quas eodem tempore diebus sabbati et dominicae ingrederentur necesse erat. Talis »Liber

seu metrica, diligentias una cum negligentis artium liberalium baccalaureorum, in Academia Cracoviensi pro completionem biennii laborantium, continens, inest in collectione librorum manuscriptorum bibliothecae Jagellonicae inde demum ab a. 1564. Verisimile est, antiquissimam partem Libri diligentiarum etiam hanc ob rem neque lectiones neque disputationes baccalaureorum continere, quod baccalaurei tempore Quadragesimae et diebus canicularibus quasdam lectiones habuerint seque in disputationibus exercuerint suo potius commodo, cum se paulatim praepararent ad munus magistrorum artium rite adipiscendum; minime autem officium erat scholarium adesse lectionibus baccalaureorum eorumque disputationes visitare, quamvis nemine vetante, cum publice agerentur.

Multo majores apparent alii defectus. Pars prima Libri diligentiarum non solum non continet lectiones et disputationes baccalaureorum, sed etiam, quod est gravius, neque omnes magistros in facultate artistica legentes, neque omnium magistrorum lecturas omnes exercitiaque amplectitur. Satis e. g. ex adhuc cognitis fontibus de statu litterarum in Universitate Jagellonica XVI s. notum est, post mortem mrgi Pauli Krosnensis († 1517) per aliquantum temporis in facultate legisse Poëticam Valentinum Eckium, deindeque ei Turzones a. 1519 mandasse munus magistri Bartphae in schola oppidana. Satis etiam constat, circa a. 1546 episcopum Maciejowski linguae hebraicae studio ductum vocasse Cracoviam Franciscum Stancarum Italum, qui hic a. 1548 in officina Joannis Haelicz «Grammaticam institutionem linguae hebraicae» ediderat. Nihilo secius tamen Liber diligentiarum illorum temporum ne nomen quidem Valentini Eckii novit, et si, quas Codex exhibet, Tabulis lecturarum et exercitiorum fidem plenam dare volumus, Poëticam in lectoriis Collegii majoris post Paulum Krosnensem per aliquot semestria nullus omnino magistrorum tradebat. Similiter quoque ne nomen quidem Fr. Stancari in Libro diligentiarum commemoratur, quamquam in Tabulis Codicis jam ab hiberno semestri

a. 1536 lectiones »Grammatices hebraeae« interdum invenimus. Quae res quomodo explicanda?

Non minus obscura etiam videtur esse alia ratio in Libro diligentiarum. In permultis semestribus lectioni hujus illiusve magistri adjunctum invenies additamentum »continuavit«, quod, ut facile investigari potest, significat, unum scriptorem eandemque materiam eundem magistrum etiam praecedenti semestri legisse. At, si recesseris ab his exemplis, quaenam fides adhibenda est illi additamento »continuavit«, quod, si cum ceteris comparaveris, persaepe etiam atque etiam occurrit juxta lectiones magistrorum, qui antecedenti semestri non solum de hac re non disseruerunt, sed nullas omnino lectiones habebant, nam et id genus exempla in Codice non desunt? Nostra quidem opinione, exceptis aliquot fortasse locis, quibus per decanum minus accurate rem tractantem aut per ejus servitorem, qui loco illius Tabulam lecturarum et exercitiorum et Ordinem magistrorum conscribebat nec non negligentias et diligentias notabat, casu fortuito errari potuit, ita se res habuit, ut magistri hi auctores, quibus additum erat »continuavit«, re vera legerent proximis semestribus, non tamen in lectoriis Collegii majoris, sed alio loco.

Quam conjecturam dilucidissime comprobatur servatus in libris manuscriptis bibliothecae Jagellonicae (sub nro 1170) index lectionum, quibus aderat Erasmus de Cracovia Bethmannus, confectus sine dubio commutatione aestivali a. 1527 tum, cum examen baccalaurei facturus erat. Continentur autem in eo haec, ad verbum et litteram exscripta:

»Anno Domini 1518 Iuly 23 mgr. Stanislaus de Rzezcicza, custos Scarbimiriensis, per Magnificum Dominum Ioannem Bonar, regni Polonie supparium supremum ac arcis Cracoviensis burgrabium, tutorem optimum, Erasmo mihi et Seuerino, vterino meo, Bethmannis, in preceptorem Cracouie feliciter datus. Qua tempestate studium lectionum an-



notatarum opera. qua potui. diligenti orsus: Sub preceptore: Grammaticam Piladis, Eglogas Virgilij. Eneida Virgilij. Dionysium Alexandrinum De situ orbis, Valerium Maximum. Aulum Gellium, Pomponium Letum. Salustium vtrumque, Lucium Florum, Vittas Cesarum a Tranquillo Suetonio scriptas, Sextum Rufum, Algorithmum linealem; sub Coxo: Titum Livium, Fabium Quintilianum, Epistolas Iheronimi octo; sub Clemente: Suetonium Traquillum; sub Agricola: Ovidium in Fastis; sub Schadek: Cosmographiam Stopnicensis.

Harum omnium lectionum, quibus Erasmus Bethmanus operam dabat, nonnullas tantum Liber diligentiarum non ignorat. Itaque Stanislaus de Rzezzyca Rzezzycius legebat quidem commutationibus aestivalibus a. 1523 et 1524 et commutatione hiemali a. 1523 Valerium Maximum, semestri autem aestivo a. 1522 Sallustium; sed eundem annis 1518 — 1527 legisse etiam Grammaticam Pyladis, Eclogas et Aeneida Vergilii, Dionysium Alexandrinum, Aulum Gellium, Pomp. Laetum, Luc. Florum, Suetonium Tranq., Sex. Rufum et Algorithmum linealem, ex nostro libro manuscripto minime comperire potueris. Ex lectionibus poëtae Leonardi Coxi Anglici notatur quidem in Libro diligentiarum Livius commutatione aestivali a. 1519 et Quintilianus commutatione aestivali a. 1526, omittuntur tamen Epistolae s. Hieronymi. Item Clemens Opoliensis tradebat semestri aestivo a. 1519 Suetonium poëtaque Rudolphus Agricola eodem semestri Ovidii Fastos; attamen Stobnicensis Cosmographiam, de qua his temporibus etiam Nicolaus a Szadek Procopiades lectiones habebat, frustra in Libro diligentiarum quaesiveris.

Habuerunt igitur illis temporibus magistri, ut ex superioribus apparet, multas quoque alias lectiones juventuti studiis deditae necessarias, quas tamen Liber diligentiarum prorsus praeterit. Itaque quaeritur, ubi sint habitae et quare in Codice nostro desint?

Quae quaestio hoc solum modo solvi potest. Liber diligentiarum nihil aliud continet, nisi lecturas et exercitia, a magistris habita in lectoriis Collegii majoris, haec enim tantummodo decani ex officio notabant inspiciebantque, non amplectitur autem lectiones, quas magistri extra Collegium majus habebant, ut in aedibus Collegii minoris, per bursas, quas dicimus, in habitationibus suis aut in scholis Universitati subjectis: s. Annae, in arce Cracoviensi, Corporis Christi, s. Floriani, b. Virginis Mariae in circulo, Omnium ss., Spiritus s. aliisque; delectus vero numerusque auctorum ibidem explicatorum, ut ex opusculo »Cracoviensis scholae apud s. Mariae templum institutio«, a. 1559 a Benedicto Herbesto edito, elucet, non multum abhorrebat a lectionibus in ipsa facultate philosophica. Praescriptum erat quidem in Statutis facultatis artisticae, saepe repetitis: »nullus magistrorum extra Collegium legere audeat«, sed illae ipsae iterationes hoc unum probant, rem aliter se habuisse, quin etiam in nostro Codice aliquot digna memoria servata sunt exempla, ubi juxta nonnullorum magistrorum lectiones adnotationem invenies: eos, cum in assignato Collegii majoris lectorio auctores legere deberent, idem »per bursas« fecisse aut lectiones »in habitatione sua« finivisse.

Haec sufficiant in universum de ratione, externa proprietate hujus libri manuscripti iisque, quae eo continentur.

Itaque munere functi editoris intactae fere adhuc materiae, quae cum compositione, tum admodum minutis characteribus, qui singulo ferme quoque semestri mutantur, et re vera horridis abbreviationibus unumquemque deterrebat, in iis, quae hactenus dicta sunt, acquiescimus.

Quam Praefationem terminaturi, minime negare volumus, immo ipsi id persuasum habemus et libenter fatemur, nos in illa materia innisos, quae in Libro diligentiarum ad a. 1563 continetur neque adhuc erat delibata, varias multasque observationes facere et adjicere potuisse, quibus tamen

am esse arbitramur lectores de-  
 claudimus, asseverare, textum  
 latas abbreviationes et admodum  
 os ubique pro viribus accurate  
 bri manuscripti typis exarandum.  
 , quas textui subungere prorsus  
 debatur, aliquot nostra culpa et  
 errata, idque libere confitemur;  
 mus, etiamque atque etiam ro-  
 priusquam textum ipsum adhi-  
 momenti correcturas respicere.  
 quomodo Tabulae lectionum Or-  
 culis semestribus in Codice digesti  
 onis, pag. 542 et 543, specimen  
 9, accurate descriptarum, adjun-

*Dr. W. W.*

SERIES MATERIAE:

	pag.
Tabulae lectionum et exercitiorum Ordinesque magistrorum 1487—1563 .	1—354
Appendix 1485—1575 . . . . .	355—359
Index tripartitus:	
I. Lecturae et exercitia, lectiones et exercitationes, quaestiones et textus . . . . .	360—373
II. Legentes magistri eorumque diligentiae et negligentiae . . .	374—534
III. Memorabilia . . . . .	534—541
Specimen Tabulae Ordinisque ex Codicis pagina 58 et 59 descriptum . .	542—543
Corrigenda.	





## IN NOMINE DOMINI, AMEN!

**J**NCIPIT REGISTRUM FACULTATIS ARTISTICE <sup>1</sup>, IN QUO  
LECTIONES ET EXERCICIA OMNIUM ET SINGULORUM  
MAGISTRORUM ET EORUM DILIGENCIE PRO SINGU-  
LIS COMMUTACIONIBUS NOTARI DEBEBUNT, NEC NON  
EORUM NEGLIGENCIE <sup>1</sup> OMNES, QUOCIENS EOS AUT LE-  
CTIONES, AUT EXERCICIA, AUT ECIAM ACTUS ORDINA-  
RIOS, SIUE QUOSCUNQUE ALIOS NEGLIGERE CONTIGE-  
RIT, SIUE TALES MAGISTRI SINT COLLEGIATI, TAM MA-  
IORES QUAM MINORES, SIUE EXTRANEI, TAM DE FA-  
CULTATE QUAM EXTRA, ITA QUOD CIRCA SINGULORUM  
NOMINA, QUE SINGULIS COMMUTACIONIBUS REPETENDA  
ERUNT, PUNCTUS <sup>2</sup> DILIGENCIE <sup>1</sup> AUT NEGLIGENCIE <sup>1</sup> AN-  
NOTETUR. QUOD QUIDEM PUNCTUM <sup>2</sup> CIRCA COLLEGIAT-  
TOS VTROSQUE ET ECIAM EXTRANEOS, DUMMODO DE  
FACULTATE EXISTANT, TOCIENS, QUOCIENS ANNOTA-  
TUM FUERIT, NEGLIGENCIAM SIGNABIT, CIRCA VERO  
EXTRANEOS DILIGENCIAM ET PRESENCIAM SIGNABIT,  
SIUE LECTIONIS SIUE ACTUS CUIUSCUNQUE, EA PRESER-  
TIM EX CAUSA, CUM ILLI PURE EXTRANEI NULLUM  
TUNC HABEANT EIS DESIGNATUM ORDINEM, QUEM OR-  
DINEM DECANUS AUT DOMORUM PREPOSITI CONSI-  
GNARE SOLENT HIS, QUI SUNT INTRA DOMUM SIUE FA-  
CULTATEM. ET HOC QUIDEM REGISTRUM FACTUM EST  
DE CONSENSU FACULTATIS VNANIMI IN DECANATU  
MGRI ANDREE DE LABISCHIN, DECRETORUM DOCTORIS  
ET FORMATI IN THEOLOGIA BACCALARY, NEC NON AD  
S. FLORIANUM CANONICI, ANNO DNI 1487 CURRENTE  
COMMUTACIONE HYEMALI, IN QUO ECIAM OMNES  
ACTUS TRASITORIJ ET OMNIA, QUE FACULTAS  
MANDAUERIT, SCRIBI POTERUNT. CUIUS  
REGISTRI TENOR, MODUS ET FORMA  
TENEBITUR IN HUNC, QUI  
SEQUITUR, MODUM:

---

<sup>1</sup> «artistiche», «negligencie» et «diligencie» posteriore manu correctum in «artisticę»,  
«negligencię», «diligencię».      <sup>2</sup> littera i.

## Inprimis sequitur Tabula Leccionum et Exerciciorum commutatione hijemali anni dni 1487:

Theologorum lectorium: hora 14. Sebestianus <sup>1</sup> Parua logicalia; 15. medicus; 16. Gloger <sup>2</sup> Veteris artis; 18. Michalov De anima; 19. Sacranus <sup>3</sup> De anima; 20. Parisiensis <sup>4</sup> Petri Hispani <sup>5</sup>; 21. Stanislaus Ilkus Parua naturalia; 22. decanus <sup>6</sup> Phisicorum.

Aristotilis: 14. —; 15. Bijel Bucolica; 16. Znena Noue logice; 18. Hirsberk Ethicorum; 19. Slupij Donati; 20. Osnijsza Phisicorum; 21. Gostin Poesim; 22. Brudzew Parua logicalia.

Socratis: 14. Schadek Phisicorum; 15. Zaliczov Posteriorum; 16. Hirsberk De generatione; 18. —; 19. Lathouicz Secunde partis; 20. Zumerfelt <sup>7</sup> Priscianum; 21. Bernardus <sup>8</sup> Astroloiam; 22. —.

Maronis: 14. Sacranus <sup>3</sup> Ciceronem; 15. Brudzew Arimetricam; 16. Craieuita Noue logice; 18. —; 19. Zambrzez Parua naturalia; 20. Pniji Theoricas <sup>9</sup>; 21. Zambrzez Veterem artem; 22. Cepel Metaphysicam.

Ptholomei: 14. Stanislaus Cracouita <sup>10</sup> Canones <sup>11</sup>; 15. Gorka De generatione; 16. —; 18. Andreas Hirsuider Elencorum; 19. Pijlca Donati; 20. Cobilino Modos significandi; 21. Craieuita Priorum; 22. Martinus Cracouita <sup>12</sup> De celo, Meterorum.

Platonis: 14. Stanislaus Stano <sup>13</sup> Ganifredum <sup>14</sup>; 15. Leonardus <sup>13</sup> Methorum; 16. Briccius Thopicorum; 18. —; 19. Zalesije Secunde partis; 20. Matias Poznaniensis Yconomicorum; 21. Lathouicz De celo; 22. —.

Prope valum: 14. —; 15. —; 16. —; 18. —; 19. —; 20. —; 21. —; 22. —.

<sup>1</sup> Leucovianus. Muczkowski, Liber promotionum, 97.

<sup>2</sup> Joannes Glogowita.

<sup>3</sup> Joannes de Oświęcim.

<sup>4</sup> Michaël de Bystrzyków.

<sup>5</sup> Septem tractatus.

<sup>6</sup> Andr. Łabiszynius.

<sup>7</sup> Joannes Aesticampianus.

<sup>8</sup> Episcopus de Biskupie seu de Cracovia.

<sup>9</sup> planetarum.

<sup>10</sup> Selig.

<sup>11</sup> astrolabii.

<sup>12</sup> Łysy.

<sup>13</sup> de Cracovia.

<sup>14</sup> Ganifredi, Gamfredi, Ganfredi seu Galfridi Anglici Novam poetriam.

Registrum Lectorum, Lectionum supra dictarum et Exerciciorum,  
et primo:

Collegiatorum maiorum non regaliū: Nicolaus de Lathouicz Lecturam De celo; idem Exercicium Secunde partis; Andreas de Labijschin Ex. Phisicorum; Iohannes Gloger Ex. Veteris artis; Iohannes de Oswancim <sup>1</sup> Ex. De anima.

Collegiatorum regaliū: Petrus de Zambrzez Exercicium Paruorum naturalium; idem Lecturam Veteris artis; Iohannes Osswancim <sup>1</sup> Ciceronem; Martinus de Cracouia Ex. De celo et Metherrorum; Martinus de Craieuce Ex. Noue logice; idem L. Priorum; Albertus de Brudzew Ex. Paruorum logicalium; idem Arismetricam; Stanislaus de Cracouia Canones astrolabij. .

Collegiatorum minorum: Bartholomeus de Znejna Exercicium Noue logice; Martinus de Osnijcza <sup>2</sup> Lecturam Phisicorum; Mathias de Cobijlino Modos significandi; Nicolaus Cepel Ex. Metaphisice; Nicolaus de Pijlcza Ex. Donati; Albertus de Pnijevij Theoricas; Iacobus de Gostinin Poeticam; Paulus de Zalesije Ex. Secunde partis; Bernardus de Biskupije Ptholomeum; Stanislaus Bijel Buccolica.

Extraneorum de facultate: Iohannes de Slupij Exercicium Donati; Stanislaus de Gorkij Ex. Secunde partis; Michael Parisiensis Biestrzikow <sup>3</sup> Petrum Hispanum; Paulus de Zacliczew Posteriorum Lecturam; Iohannes de Zumerfelth Priscianum maiorem <sup>1</sup>.

Extraneorum simpliciter: Iohannes de Michalow Lecturam De anima; Iohannes de Schadek L. Phisicorum, Gnesne periit <sup>4</sup>; Stanislaus de Ilkusch L. Paruorum naturalium; Sebastianus de Caschouia <sup>5</sup> L. Paruorum logicalium; Leonardus de Cracouia L. Metherrorum; Stanislaus Stano de Cracouia Ganifredum; Briccius <sup>6</sup>, senior Hungarorum <sup>7</sup>, Exercicium Thopicorum; Andreas Hirsuider <sup>8</sup> L. Elencorum; Bartholomeus Hirsberk Ex. De generacione; idem L. Ethicorum.

Sequitur ordo magistrorum pro actibus ordinarys:

Primi: Lathouicz; Zambrzez, ii; Labijschin; Znejna; Osnijcza <sup>2</sup>; Cobilin; Slupij; Gorkij, i. — Medij: Gloger; Oswancim, i; Cracouita

<sup>1</sup> Sic! <sup>2</sup> Pausemus vocatus. <sup>3</sup> »Biestrzikow« alia adscriptum manu.

<sup>4</sup> »Gnesne periit« posteriore adscriptum manu. <sup>5</sup> »Caschouia« loco »Leuczovia«?

<sup>6</sup> de Gara. <sup>7</sup> bursae. <sup>8</sup> de Lichtenberg?



Martinus, nunquam; Zalesije; Pijlcza, nunquam; Pnijevj; Zacliczow; Schadek, ii. — Vltimi: Craieuita; Brudzow; Stanislaus Cracouiensis; Gostin; Bernardus; Bijel; Parisiensis, i; Zumerfelth.

Stanislaus de Ilkusch <sup>1</sup> fuit iiiii; Leonardus de Cracouia fuit ii; sacristianus Ieronimus fuit iiiiii; Iohannes de Leschnicza i; Nicolaus de Cracouia j <sup>2</sup>.

Item ipso die Concepcionis Marie <sup>3</sup> Iohannes de Schadek et Iohannes de Michalow ad facultatem sunt suscepti. Item ipso die Gregory <sup>4</sup> mgr. Ieronimus de Wokstath est acceptus ad facultatem. Item Briccius de Gara in actu fuit i. Item Ladislaus de Varadino in actu fuit i.

### In decanatu mgri Iohannis de Slupij 1488 corrente commutacione estiuiali:

Theologorum lectorium: hora 9. mgr. Iohannes Zommirfelt Tractatus Petri <sup>5</sup>; 10. mgr. Stanislaus de Ylkusz <sup>1</sup> Veterem artem; 11. medicus; 12. mgr. Glogouita Exercicium Noue logice; 15. mgr. Nicolaus de Comprovnitza Petrum Helie; 16. mgr. Schydlow De anima; 17. mgr. Andreas Labischijn Posteriorum; 18. mgr. Byl <sup>6</sup> Eneyda; 19. medicus Georgius <sup>7</sup>; 20. decanus Ex. Phisicorum.

Ptholomei: 9. —; 10. —; 11. —; mgr. Turszy <sup>8</sup> Ouidium; 12. mgr. Stanislaus de Cracouia De generacione; 15. —; 16. mgr. de Kobelino Mathias Secunde partis; 17. mgr. Iacobus <sup>9</sup> Stacium; 18. mgr. Albertus de Pnijewj Tabulas Alfonicij; 19. mgr. Martinus Crayawycza Arismetricam; 20. —.

Maronis: 9. —; 19. mgr. Andreas Hirswerdyr Parua naturalia; 11. mgr. Parysiensis Elencorum; 12. mgr. Albertus <sup>10</sup> Methaurorum; 15. mgr. Osznycza Phisicorum continuauit; 16 mgr. Albertus Metheurorum <sup>11</sup> Bartolomeus <sup>12</sup> Donati; 17. mgr. Hirsbergk Ganifredum; 18. mgr. Petrus <sup>13</sup> Secunde partis; 19. —; 20. mgr. Petrus <sup>13</sup> Exercicium Paruorum logicalium.

<sup>1</sup> Bylica paterno nomine dictus. <sup>2</sup> «Nicolaus de Cracouia j» deletum.

<sup>3</sup> 8 Decembris. <sup>4</sup> 12 Martii 1488. <sup>5</sup> Hispani. <sup>6</sup> Biel.

<sup>7</sup> de Drohobycz. Conclusiones Universitatis sub a. 1488, ms. bibl. Jag. nr. 3821.

<sup>8</sup> Joannes de Cracovia, postea epus Wratislaviensis. <sup>9</sup> Gostyninus.

<sup>10</sup> Brudzewius. <sup>11</sup> «Albertus Metheurorum» deletum. <sup>12</sup> Żnenensis.

<sup>13</sup> de Zembrzyce alias de Nieznanowice, vulgo Świętopelk dictus. Muczkowski, Liber promot., 73 («Swijanthonpelk de Ząmbrzez alias de Nyesznanowicze»).

Socratis: 9. —; 10. mgr. Nicolaus Pylcza Phisicorum; 11. mgr. de Michalowycza De generacione; 12. —; 15. mgr. Leonardus <sup>1</sup> Eticorum; 16. —; 17. mgr. Michael de Wrathislauia De celo; 18. mgr. Iacobus <sup>2</sup> Odas Oracy <sup>3</sup>; 19. mgr. Leonardus <sup>1</sup> Parua logicalia; 20. mgr. Paulus Priorum <sup>4</sup>, Hyeronimus de Wogkstad Parua naturalia.

Aristotilis: 9. —; 10. mgr. Bruzoff Theoricam <sup>5</sup>; 11. mgr. Iacobus <sup>2</sup> De anima; 12. mgr. Bruzoff Veteris artis; 15. —; 16. mgr. Crayawycza De anima; 17. —; 18. mgr. Stanislaus de Cracouia Georgica <sup>6</sup>; 19. mgr. Paulus <sup>7</sup> Priorum; 20. mgr. Stanislaus de Gorka Parua loycalia exercitauit.

Platonis: 9. —; 10. mgr. Nicolaus <sup>8</sup> a s. Anna <sup>9</sup>. Metafisice Lecturam; 11. mgr. Georgius de Nissa Politicorum; 12. pro Czepyl Exercicium Donati; 15. —; 16. mgr. Stanislaus de Ylkusz Ex. De celo; 17. mgr. Iohannes de laslo <sup>10</sup> Phisicorum; 18. mgr. Bernhardus <sup>11</sup> in Astrologia Alkabicium; 19. mgr. de Lesznycza Methaurorum; 20. mgr. Sebastianus <sup>12</sup> Elencorum.

Registrum Leccionum et Lectorum ad annum dni 1488 currentem commutatione estuali, et primo:

Collegiatorum maiorum non regalium: Nicolaus de Lla-thowicz Llecturam Thopicorum; idem Exercicium Parworum llogicalium; Andreas Labischyn L. Posteriorum; Iohannes de Glogouia Ex. Nove logice; Iohannes de Oszwanczym.

Collegiatorum regalium: Petrus de Zembrecz <sup>13</sup> Lecturam Secunde partis; idem Exercicium Paruorum loycalium; Martinus de Cracouia Speram matherialem; Martinus de Crayawycza Ex. De anima; idem Arismetricam et musicam; Albertus de Bruzoff Ex. Ueteris artis; idem Theoricas planetarum; Stanislaus de Cracouia <sup>14</sup> L. Politicorum, Georgica; idem Ex. De generacione.

Collegiatorum minorum: Bartholomeus de Snena Exercicium Donati; Martinus de Osznycza Llecturam Phisicorum, Iconomicorum; Mathias de Kobelino Ex. Secunde partis; Nicolaus Cepel; mgr. Nico-

<sup>1</sup> Cracovita.

<sup>2</sup> Gostyninus.

<sup>3</sup> Horatii.

<sup>4</sup> «Paulus Priorum» deletum.

<sup>5</sup> Theoricas planetarum.

<sup>6</sup> Vergilii.

<sup>7</sup> de Zakliczów.

<sup>8</sup> de Cracovia?

<sup>9</sup> rector scholae s. Annae?

<sup>10</sup> ?

<sup>11</sup> Episcopus.

<sup>12</sup> Leuczovianus.

<sup>13</sup> Sic!

<sup>14</sup> licenciatus Selig.

laus de Pylcza; mgr. Albertus de Pnijewij Tabulas Alphency; Iacobus de Gustinin in Poesi Basilium <sup>1</sup>; idem Donatum; Paulus de Zaleschy; Bernhardus de Byskupe in Astrologia; Stanislaus Byel Eneyda.

Extraneorum de facultate <sup>2</sup> simpliciter: Iohannes de Michalow Lecturam De generatione; Iohannes de Schadek; Stanislaus de Ylkusz Veteris artis; Leonardus de Cracouia L. Paruorum loycalium; Andreas Hirswerdyr Parua naturalia; Bartholomeus de Hirsbergk Ganifredum; mgr. Nicolaus a s. Anna L. Metaphysice; mgr. Georgius de Nissa Politicorum; mgr. Turszy Ovidium; idem Exercicium De celo; mgr. Sebastianus <sup>3</sup> Ex. Elencorum; mgr. Iohannes Zommirfelt Tractatus Petri Hispani; mgr. de Lesnyczza L. Methaurorum; mgr. Bricinus <sup>4</sup> Boecium; mgr. Michael de Vngaria <sup>5</sup>; mgr. Gregorius <sup>6</sup> Modorum scribendj.

Extraneorum de facultate: Iohannes de Slupy Exercicium Phisicorum; Michael Parisiensis Elencorum; mgr. Stanislaus de Gorka Ex. Paruorum loycalium; Hyeronimus de Wogstad Ex. Paruorum naturalium; Paulus de Zaklicz <sup>4</sup> Priorum.

Primi: Lathovijcz; Labijszajn; Ząbrzezcz; Znejna; Osnijcza; Slupij; Cobijlijn; Gorkij; Ilkvsz; Lonardus <sup>4</sup>. — Medij: Glogovijtha; Oszvijaczijm; mgr. Martinus Cracouiensis; Zalesze; Pijlcza; Pnijevij; Zaclijczowus; Schadek. — Vltimi: Cracovita <sup>7</sup>; Craiovita; Brudzewo; Stanislaus Cracouiensis; Gostin; Bernardus; Bijel; Parisiensis mgr.; mgr. Zumerfelth.

Anno dni currente 1488 commutacione hyemali <sup>8</sup>:

Lectorium Theologorum: hora 14. mgr. Andreas Labischin Lecturam Veteris artis; 15. pro medico; 16. Martinus de Kraievicze Veteris artis; 18. Iohannes de Michalow continuauit Phisicorum; 19. mgr. Iohannes de Glogouia Exercicium De anima; 20. mgr. Petrus de Zęmbrzezcz <sup>4</sup> Tractatus Petri Hispani; 21. pro medico; 22. decanus Phisicorum.

Ptolomei: 14. mgr. Iacobus de Schidlow Lecturam Thopico-rum; 15. mgr. Iohannes de Slup Parua logicalia; 16. Martinus de Cra-

<sup>1</sup> Magnum De legendis poetis. <sup>2</sup> »de facultate« deletum.

<sup>3</sup> Leuczovianus. <sup>4</sup> Sic! <sup>5</sup> de Varadino.

<sup>6</sup> Ungarus de Belenes aut de Cibinio, ineunte a. 1488 ad gradum magisterii promoti. Muczkowski, Liber promot., 100. <sup>7</sup> »Cracovita« deletum.

<sup>8</sup> in decanatu mgri Petri Świętopelk de Zembrzyce. Muczkowski, l. c., 102.

couia <sup>1</sup> Thopicorum; 18. Stanislaus de Cracouia pro Zalesze L. Methe-  
rorum; 19. Parisiensis <sup>2</sup> De generacione; 20. mgr. Martinus Osznycza  
De anima; 21. mgr. Stanislaus Gorka Priorum; 22. Parysiensis <sup>3</sup> Paruo-  
rum logicalium, pro Czepel.

Maronis: 14. mgr. Michael de Wratistlaui Tabulas resolutas;  
15. mgr. Iohannes Glogouita Posteriorum; 16. Stanislaus <sup>4</sup> licenciatus  
Metherorum; 18. Adam <sup>5</sup> Oracium; 19. mgr. Bernhardus de Cracouia <sup>6</sup>  
Secunde partis Exercicium; 20. mgr. Bartholomeus <sup>6</sup>, s. Anne pleba-  
nus, Elencorum; 21. mgr. Martinus de Crayewicze Phisicorum; 22. mgr.  
Albertus Pnyewij Ex. Metaphisice.

Socratis: 14. —; 15. mgr. Albertus de Pnijewi Perspectuam;  
16. Brudzow Exercicium Noue logice; 18. Nicolaus de Komprovnica  
Petrum Helie; 19. Schadek Parua naturalia; 20. mgr. Nicolaus de Pylcza  
Ganifredum; 21. mgr. Bernhardus de Cracouia alias de Biskupye <sup>7</sup>  
in Astrologia; 22. mgr. Ieronimus <sup>7</sup> De celo, alias mgr. Iohannes Turzi  
continuauit.

Aristotilis: 14. mgr. Stanislaus de Cracouia licenciatus <sup>8</sup> Iuue-  
nalem; 15. mgr. Stanislaus de Noua ciuitate <sup>8</sup> Eneida; 16. Gorka Ve-  
teris artis; 18. Hirsbirk Politicorum; 19. mgr. Iacobus de Gostinin  
Exercicium Donati; 20. mgr. Brudzow De sbera orbis; 21. mgr. Iohan-  
nes de Oszwanczym Ympnos; 22. mgr. Mathias de Cobilino <sup>9</sup> Paruorum  
logicalium Ex.

Prope waluam: 14. mgr. Georgius de Nyssa Boecium De con-  
solacione philosophie; 15. mgr. Leonardus de Cracouia pro Latouicz  
Ethicorum; 16. mgr. Iohannes de Lesznycza Veteris artis; 18. mgr. Ioh-  
annes de Lesznycza De generacione; 19. mgr. Andreas <sup>10</sup> de Litwania  
Exercicium Elencorum; 20. mgr. Leonardus de Cracouia Euclidem;  
21. —; 22. —.

Platonis: 14. hic mgr. Georgius etc. <sup>11</sup>; 15. mgr. Stanislaus de  
Ilkus De celo; 16. mgr. Paulus <sup>12</sup> Noue logice; 18. —; 19. Zomerfeld  
Exercicium Secunde partis Allexandri <sup>13</sup>; 20. mgr. Petrus de Suleow  
Parua naturalia; 21. —; 22. Ex. Ethicorum pro Szalesze <sup>14</sup>.

<sup>1</sup> vulgo Łysy dictus. <sup>2</sup> de Bystrzyków. <sup>3</sup> Selig. <sup>4</sup> Wilnensis.

<sup>5</sup> Episcopus de suburbio Biskupie. <sup>6</sup> de Żnin. <sup>7</sup> Wogstadensis.

<sup>8</sup> Biel alias Albinus. <sup>9</sup> vulgo Kobylanko nuncupatus.

<sup>10</sup> de Świr Świrski de genere ducum. Muczkowski, Liber promot., 100.

<sup>11</sup> Sic! <sup>12</sup> de Zakliczów. <sup>13</sup> Galli seu de Villa dei.

<sup>14</sup> «pro Szalesze» deletum.

Regestrum Lectorum, Lectururarum et Exerciciorum supra scriptorum ad annum dni 1488 currentem commutatione hyemali, et primo:

Collegiatorum maiorum non regaliū: Nicolaus de Lla-thouicz Lecturam Ethicorum; idem Exercicium Veteris artis; Andreas Llabischyn L. Veteris artis; Iohannes de Glogouia L. Posteriorum; idem Ex. De anima; Iohannes de Oswanczym alias Sacranus Hymnos.

Collegiatorum regaliū: Petrus de Zambrzez Exercicium Phisicorum; idem Lecturam Tractatum mgrj Petri Hispani; Martinus de Cracouia Ex. Thopicorum; Stanislaus de Cracouia <sup>1</sup> Iuuenalem et Ex. Metheurorum; Albertus Brudzow De sbera orbis et Ex. Noue logice; Martinus de Crayewicze L. Phisicorum et Ex. Veteris artis; Iohannes de Stanischowicze libros Sentenciarum <sup>2</sup>.

Collegiatorum minorum: Martinus de Osznycza <sup>3</sup> Lecturam De anima; Bartholomeus de Snyno L. Elencorum <sup>4</sup>; Nicolaus de Pilcza Ganifredum; Nicolaus Czepel Exercicium Paruorum logicalium; Mathias de Kobilino Ex. Paruorum logicalium; Albertus de Pnyewij Perspectiuam et Ex. Metaphisice; Iacobus Gostynyn Ex. Donati; Paulus Zakliczewo Ex. Noue logice; Paulus Zalesze Ex. Ethicorum <sup>5</sup> L. Metheurorum; Bernardus de Biskupye in Astrologia; idem Ex. Secunde partis mgrj Allexandri; Stanislaus Byel de Noua ciuitate Eneidem; Bartholomeus de Snyno L. Elencorum.

Extraneorum de facultate: Iohannes de Slup Parua logicalia; Parisiensis De generatione Lecturam; Gorka Priorum; Zvmerfelt Exercicium Secunde partis; Leonardus de Cracouia Euclidem; Michalow L. Phisicorum continuauit; Schadek Parua naturalia exercitauit; Ieronimus Wogstat Ex. De celo, sed mgr. Thurzi terminauit.

Extraneorum simpliciter: Stanislaus de Ilkus <sup>6</sup> Lecturam De celo et mundo; Bartholomeus de Hirsberk Politicorum; Turzi continuauit ad finem Exercicium De celo; Georgius de Nissa Boecii De consolacione; Lesznicza De generatione L.; Iacobus de Schidlow L. Thopicorum; Adam Oratium; Nicolaus de Comprovnica Petrum Helie; Andreas de Llittwania <sup>7</sup> Ex. Elencorum; mgr. Petrus de Szuleow Parua

<sup>1</sup> licenciatus Selig.

<sup>2</sup> Petri Lombardi.

<sup>3</sup> Pausemus dictus.

<sup>4</sup> «Bartholomeus de Snyno L. Elencorum» deletum.

<sup>5</sup> «Ex. Ethicorum» deletum.

<sup>6</sup> Bylica.

<sup>7</sup> de genere ducum Świrski.

naturalia legit; Michael de Wratislaui Tabulas Alphoncij <sup>1</sup> resolutas practicauit.

Mgr. Stanislaus de Ilkus feria quarta post Valentini <sup>2</sup> ad facultatem est susceptus.

Primi: Llatowicz; Llabischyn; Ząbrzez; Sneya; Osznycza; Slup; Cobilino; Gorkij. — Medij: Glogouita; Stanislaus de Cracouia <sup>3</sup>; Oswanczym; Martinus de Cracouia; Zalesze; Nicolaus Pylcza; Pnyewi; Zacliczow; Schadek. — Vltimi: Crayevita; Brudzow; Stanislaus Cracouiensis; Goştinyń; Bernardus Byskupie; Byel; Parysiensis; Zvmerfeld; Lleonardus <sup>4</sup>.

1489 <sup>5</sup>:

Theologorum: hora 9. Albertus de Monte <sup>6</sup> Tractatus <sup>7</sup>; 10. —; 11. pro . . . . . <sup>8</sup>; 12. Glogouita Veteris artis; 15. —; 16. Gorka Exercicium Donati; 17. Andreas <sup>9</sup> Posteriorum; 18. Byel Methamorphosios <sup>10</sup>; 19. Ostraw <sup>11</sup> Ethicorum, sed non finivit; 20. Phisicorum.

Ptolomei: 9. —; 10. Bernhardus <sup>12</sup> in Astrologia; 11. pro Latowicz Topicorum; 12. —; 15. —; 16. Bartholomeus <sup>13</sup> De celo; 17. mgr. Sebastianus <sup>14</sup>; 18. —; 19. Michalovicze Resolutas <sup>15</sup>; 20. pro Latowicz Parworum logicalium.

Maronis: 9. Zamerfelt <sup>16</sup> Noue logice; 10. Stanislaus Ilkus <sup>17</sup> Elencorum; 11. Iacobus Sidlo <sup>1</sup> De celo; 12. licenciatus <sup>18</sup> Topicorum; 15. Epistolas Ciceronis mgr. Bartholomeus Byschewy; 16. Zabrzez De generacione; 17. —; 18. —; 19. —; 20. Metaphisice Nicolaus de Michalovicze.

Socratis: 9. —; 10. Pylcza Politicorum; 11. Brudzew Perspectiuam; 12. Michael <sup>19</sup> Noue logice; 15. mgr. Nicolaus Coprijwnyczā Novam poetriam <sup>20</sup>; 16. Osnicza <sup>21</sup> Parvorum naturalium; 17. —; 18. Cobilino <sup>22</sup> Metharorum <sup>16</sup>; 19. —; 20. pro Zaleshe Parworum loycalium.

<sup>1</sup> «Alphoncij» deletum. <sup>2</sup> 18 Februarii 1489.

<sup>3</sup> «Stanislaus de Cracouia» deletum. <sup>4</sup> de Cracovia.

<sup>5</sup> Commutatione aestivali in decanatu mgri Alberti de Pniewy. Muczkowski, Liber promot., 104. <sup>6</sup> regio. <sup>7</sup> Petri Hispani. <sup>8</sup> . . . . . deletum.

<sup>9</sup> de Świr Lithuanus. <sup>10</sup> Ouidii. <sup>11</sup> Matthaeus de Ostravia.

<sup>12</sup> Episcopus. <sup>13</sup> Żnenensis. <sup>14</sup> «mgr. Sebastianus» deletum.

<sup>15</sup> tabulas astronomicas. <sup>16</sup> Sic! <sup>17</sup> alias Bylica dictus. <sup>18</sup> Selig.

<sup>19</sup> Parisiensis. <sup>20</sup> Ganifredi. <sup>21</sup> Pausemus. <sup>22</sup> Kobylinko.

Aristotilis: 9. Ioannes de Cracouia De anima; 10. —; 11. Iacobus <sup>1</sup> Phisicorum; 12. Crayevicze Nove loice; 15. —; 16. Brudzew De anima; 18. Zacleczew <sup>2</sup> in Oratoria; 18. Ioannes de Lesnicza Priorum; 19. —; 20. Staniszewicze Ethicorum.

Prope waluam: 9. —; 10. —; 11. —; 12. —; 15. —; 16. —; 17. —; 18. —; 19. Alexander <sup>3</sup> De ente et essencia; 20. Alexander De ente et essencia <sup>4</sup>.

Platonis: 9. —; 10. Iohannes de Premislia Veterem artem; 11. —; 12. —; 15. —; 16. Slupij Donati; 17. —; 18. —; 19. Michalovicze Resolutas <sup>5</sup>; 20. —.

Regestrum Lectorum, Lecturarum et Exerciciorum supra scriptorum ad annum dni 1489 commvtacione estiuiali currente in decanatu mgri Alberti de Pnijewij, baccalarii in decretis:

Collegiatorum maiorum et minorum: pro Lathowicz Exercicium Parworum logicalium et Lecturam Topicorum; Iohannes de Stanischeuicze Ex. Ethicorum; Iohannes de Glogouia Ex. Veteris artis; Petrus de Zabrzecz Ex. De generacione; mgr. Bartholomeus de Znejna De celo exercitauit; mgr. Martinus de Osnijcza Parworum naturalium exercitauit; mgr. Stanislaus licenciatus Ex. Topicorum; mgr. Albertus de Brudzew De anima exercitauit; mgr. Ioannes Glogouita Veterem artem <sup>2</sup>; mgr. Martinus Crayewycze Nove loice.

Lecture tam maiorum quam minorum: mgr. Bernhardus in Astrologia; mgr. Stanislaus Ilkus Elencorum; mgr. Nicolaus Pylcza Politicorum; Lathowicz Topicorum; mgr. Albertus de Brudzew Perspectiuam; mgr. Iacobus Phisicorum; mgr. Stanislaus Byel Methamorphoseos; mgr. Matias Cobilinko <sup>2</sup> Metherrorum.

Extrancorum: mgr. Albertus de Monte regio Tractatus Petri Hispani; mgr. Iohannes de Cracouia De anima; mgr. Iohannes de Premislia Veterem artem; mgr. Iacobus de Schidlow De celo; Michael Parisiensis Nowe logice Exercicium; mgr. Ioannes de Slup Ex. Donati; mgr. Stanislaus de Gorka Ex. Donati; mgr. Andreas de Swyr <sup>6</sup> Posteriorum; mgr. Iohannes de Lesnycza Priorum.

<sup>1</sup> de Szydłów.    <sup>2</sup> Sic!    <sup>3</sup> de Myszczyń, ineunte a. 1489 ad gradum magisterii promotus. Muczkowski. Liber promot., 103.

<sup>4</sup> "Alexander De ente et essencia" deletum.    <sup>5</sup> tabulas.    <sup>6</sup> de Lithuania.

Sequitur ordo magistrorum pro actibus ordinarijs:

Primi: Zabrzecz; Stanischeuicze; Pausemus <sup>1</sup>; Iohannes Slup; Gorka; Cobilino; Stanislaus Ilkus; Zalesche; Zomerfelt. — Medii: Glogouita; Pylcza; Iacobus; Nicolaus de Cracouia; Michael <sup>2</sup>; Michalovicze; Leonardus <sup>3</sup>. — Vltimi: Stanislaus de Cracouia; Crayewycze; Brudzow; Zacliczow; Byel; Bernhardus <sup>4</sup>.

Item mgr. Nicolaus de Michalowijcze suscepit facultatem in fine commutationis.

Anno 1489 commutatione hyemali in decanatu mgri Iohannis de Glogowia Ordo Leccionum lectarum per magistros:

Theologorum: hora 14. mgr. Laurencius de Nouo foro <sup>5</sup> Tractatus Petri <sup>6</sup>; 15. medicus; 16. mgr. Martinus de Crayawycza Exercitium Noue logice; 17. —; 18. —; 19. mgr. Bernhardus <sup>4</sup> De anima Ex.; 20. mgr. Sebastianus <sup>7</sup> Paruorum loycalium; 21. mgr. Stanislaus de Gorka Etorum; 22. mgr. Gloger <sup>8</sup> decanus Phisicorum.

Ptholomei: 14. mgr. Laurencius de Leutzouia Posteriorum; 15. mgr. Albertus de Pnyevy Arismetricam; 16. mgr. Martinus de Cracouia Exercitium De celo; 17. —; 18. mgr. Georius <sup>9</sup>; 19. mgr. Bartholomeus <sup>10</sup> plebanus <sup>11</sup> De generacione; 20. mgr. Paulus <sup>12</sup> Oratorium; 21. mgr. Martinus de Cracouia Yconomicorum; 22. mgr. Leonardus <sup>3</sup> Ex. Ethicorum.

Maronis: 14. mgr. Nicolaus de Cracouia Politicorum; 15. dnus licenciatus <sup>13</sup> Therencium; 16. mgr. Albertus de Pnyevy Topicorum; 17. —; 18. mgr. Albertus de Monte regio pro Czepyl Officia Ciceronis; 19. mgr. Thomas <sup>14</sup> dnus licenciatus Exercitium Paruorum naturalium; 20. mgr. Crayawycza De generacione; 21. mgr. Petrus <sup>15</sup> Phisicorum; 22. Iacobus de Schydlow Paruorum loycalium.

Arestotilis: 14. mgr. Byel Methamorphoseos; 15. Iacobus de Gustinyn Bucolica; 16. mgr. Stanislaus Gorka Exercitium Methaurorum;

<sup>1</sup> de Osnica.

<sup>2</sup> Parisiensis.

<sup>3</sup> Cracovita.

<sup>4</sup> Episcopus de Cracovia.

<sup>5</sup> Corvinus.

<sup>6</sup> Hispani.

<sup>7</sup> Leuczovianus.

<sup>8</sup> mgr Gloger deletum.

<sup>9</sup> mgr. Georius deletum.

<sup>10</sup> Znenensis.

<sup>11</sup> s. Annae.

<sup>12</sup> Zakliczowus.

<sup>13</sup> Selig.

<sup>14</sup> mgr. Thomas deletum.

<sup>15</sup> Świętopelk.



17. —; 18. mgr. Vitus <sup>1</sup> Paruulum philosophie; 19. mgr. Slupy Ex. Secunde partis; 20. mgr. Iacobus <sup>2</sup> continuauit Phisicorum; 21. mgr. Bruzof De celo Lecturam; 22. mgr. Stanisowycza Ex. Metaphysice.

Socratis: 14. mgr. Iohannes de Cracouia Ueterem artem; 15. mgr. Leonardus de Dopsycza <sup>3</sup> Perspectiuam; 16. mgr. Michael de Waradino De celo; 17. —; 18. —; 19. mgr. Paulus <sup>4</sup> Exercicium De anima; 20. mgr. Leonardus <sup>5</sup> Euclidem; 21. mgr. Zommirfelt Topicorum; 22. mgr. Alexander <sup>6</sup> De ente et essencia.

Platonis, prope valuum <sup>6</sup>: 14. mgr. Albertus Schomuthuli <sup>10</sup> De origine anime <sup>7</sup>; 15. —; 16. mgr. Kobelino Exercicium Noue logice; 17. —; 18. mgr. Stanislaus de Kokokaw <sup>8</sup> Metaphysice Lecturam; 19. mgr. Petrus Zembrzecz Ex. Donati; 20. —; 21. mgr. Stanislaus Ylkusz in Astrologia; 22. mgr. Parisiensis Elencorum.

**Ordo Magistrorum actum visitantium in prima  
septimana:**

Primi: mgr. Petrus Zembrzecz; mgr. Stanisowycza; mgr. Martinus de Osznycza; Iohannes de Slup; Stanislaus Gorka; mgr. Stanislaus Ilkusz; mgr. Kobelino; Zalesche; Zommirfelth.

Medij: mgr. Nicolaus Pylcza; mgr. Iacobus; mgr. Martinus de Cracouia; mgr. Michael <sup>9</sup> Iohannes Michalowycza; mgr. Leonardus.

Vltimi: dnus licenciatus; mgr. Martinus de Craievicza; mgr. Bruzoff; mgr. Paulus de Zaclyczoff; mgr. Stanislaus Byel; mgr. Bernhardus de Cracouia.

Et sic commutacione tota hy continuauerunt sine interrupcione.

Extraneorum: mgr. Vitus <sup>1</sup>; mgr. Iacobus Schadek; mgr. Albertus Schomotuli <sup>10</sup>.

In fine commutacionis sabbato ante Reminiscere <sup>11</sup> mgr. Iohannes de Lesznycza suscepit facultatem, qui et actum cum medys diligenter in meo decanatu continuauit etc. sexta feria <sup>10</sup>.

<sup>1</sup> de Brunna.

<sup>2</sup> Szydłowita.

<sup>3</sup> Vitreator.

<sup>4</sup> de Zakliczów.

<sup>5</sup> Myszczynius.

<sup>6</sup> «prope valuum» deletum.

<sup>7</sup> Alberti Magni.

<sup>8</sup> «Kokokaw» pro Kolaków!

<sup>9</sup> «Michael» deletum.

<sup>10</sup> Sic!

<sup>11</sup> 6 Martii 1490.

Summa ordinata Lectionum anno Hiesu Christi  
1490 per magistros susceptarum et lectarum  
commutatione estiuiali sub decanatu mgri Iohan-  
nis de Michalov:

Arestotilis: hora 9. mgr. Iohannes de Krabya <sup>1</sup> Retoricam nouam; 10. mgr. Iacobus de Szydlow De anima; 11. licenciatus <sup>2</sup> Terencium; 12. mgr. Mathias de Kobilino Exercitium Veteris artis; 13. —; 14. mgr. .... <sup>3</sup>; 15. mgr. Alexander Lecturam Secunde partis, pro Lathowycz <sup>4</sup>; 16. mgr. Iohannes de Staniszuicze Topicorum; 17. mgr. Vitus <sup>5</sup> autorem De causis; 18. mgr. Martinus de Oszenicza Phisicorum; 19. mgr. Stanislaus de Cracouia Paruorum logicalium; 20. licenciatus <sup>6</sup> Ex. Metaphysice.

Socratis: 9. —; 10. mgr. Conradus <sup>6</sup> Parwum philosophie; 11. mgr. Leonardus de Dopszicze Euclidem; 12. mgr. Nicolaus de Pilcza Exercitium Veteris artis; 13. —; 14. pro .... <sup>7</sup>; 15. mgr. Laurencius de Nouo foro <sup>8</sup> Buccolica; 16. mgr. Martinus de Osnicza Ex. Secunde partis; 17. mgr. Albertus de Pnewy Theoricas planetarum; 18. mgr. Bernardus de Cracovia Astrologiam; 19. mgr. Stanislaus de Ilkusz Eclipsium; 20. mgr. Michael de Varadino Ex. De celo.

Maronis: 9. —; 10. mgr. Albertus de Szamotvly Parua naturalia; 11. mgr. Laurencius de Llevczovia Officiorum <sup>9</sup>; 12. mgr. Martinus de Cracouia Methevrorum; 13. —; 14. —; 15. —; 16. mgr. Iohannes de Zomerfelt Exercitium Donati; 17. mgr. Thomas de Castro <sup>10</sup> De generatione Lecturam; 18. mgr. Petrus de Zambrzez continuauit Phisicorum et post ea Yconomicorum; 19. mgr. Nicolaus de Pilcza L. Spere materialis; 20. mgr. Stanislaus Byel Ex. Parworum logicalium.

Ptolomei: 9. —; 10. mgr. Iohannes de Slupij Elencorum Lecturam; 11. mgr. Stanislaus de Omnibus sanctis <sup>11</sup> Priorum; 12. mgr. Martinus Tarnovecz Exercitium Paruorum naturalium; 13. —; 14. —; 15. mgr. Nicolaus de Vilkanow L. Metaphysice; 16. mgr. Iacobus de Gostijnijn Ex. De anima; 17. mgr. Iohannes de Lesznicza Petrum Helie; 18. mgr. Sigismundus <sup>12</sup> Georgica; 19. mgr. Iacobus de Gostynyn

<sup>1</sup> de Krobia!      <sup>2</sup> Selig.      <sup>3</sup> »mgr. ....« derasum.

<sup>4</sup> »mgr. Alexander Lecturam Secunde partis, pro Lathowycz« derasum.

<sup>5</sup> de Brunna.      <sup>6</sup> Celtes!      <sup>7</sup> »pro ....« derasum.      <sup>8</sup> Corynus.

<sup>9</sup> Ciceronis.      <sup>10</sup> de Obiedzino.      <sup>11</sup> Kościesz, rector scholae Omnium ss.

<sup>12</sup> Gossinger alias Fusilius de Wratistavia.

De intellectu et intelligibili; 20. mgr. Vitus de Brunna Ex. Paruorum logicalium.

Theologorum: 9. mgr. Nicolaus Mykosz de Cracouia Lecturam Tractatum <sup>1</sup>; 10 mgr. Iohannes de Wilna Topicorum; 11. mgr. Michael Parisiensis Posteriorum; 12. mgr. Albertus Brudzoff Exercicium Noue logice; 13. —; 14. —; 15. mgr. Paulus Vngarus <sup>2</sup> Sextum et septimum tractatum <sup>1</sup>; 16. mgr. Iohannes de Glogouia Ex. Donati; 17. mgr. .... <sup>3</sup>; 18. mgr. .... <sup>4</sup>; 19. pro medico; 20. mgr. Iohannes Michalowsky Ex. Phisicorum.

Platonis: 9. —; 10. mgr. Lucas de Vilkanow Arismetricam et musicam; 11. mgr. Martinus de Szamotuli Metevrorum; 12. mgr. Albertus Pnewy Exercicium Noue logice; 13. —; 14. —; 15. —; 16. mgr. Michael Parisiensis De anima Ex.; 17. mgr. Danel <sup>5</sup> Ganifredj; 18. mgr. Páulus Zaclyczew Stacium; 19. mgr. Iohannes Kvnasz <sup>6</sup> Quintum tractatum <sup>1</sup>; 20. mgr. Alexander <sup>7</sup> Ex. Ethicorum, pro Lathowijcz <sup>8</sup> pro Zaleszije.

Prope waluam: 9. —; 10. mgr. .... <sup>9</sup>; 11. mgr. Bartholomeus de Opoczno Eticorum; 12. mgr. Paulus <sup>10</sup> Exercicium De generatione, pro Lathowijcz; 13. —; 14. —; 15. —; 16. mgr. Leonardus de Cracouia Ex. Secunde partis; 17. mgr. Iohannes de Cracouia Perspectiuam; 18. mgr. Erasmus de Cracouia Politicorum; 19. mgr. Iohannes Schadek Paradoxas <sup>11</sup> Ciceronis; 20. mgr. Paulus Vngarus <sup>2</sup> Ex. Elencorum.

Ordo Magistrorum tripartitus actum ordinarium  
visitancium:

Primi: mgr. Zambrecz; mgr. Stanischovijcze; mgr. Pausemus <sup>12</sup>; mgr. Iohannes de Slup; mgr. Stanislaus de Gorkij; mgr. Mathias Cobijlinko <sup>11</sup>; mgr. Leonardus de Cracovia; mgr. Martinus de Tharnovijcz <sup>13</sup>, singulis diebus sabativis actui interfuit.

Medij: mgr. Iohannes de Glogovia; mgr. Nicolaus Pylcza; mgr. Bernardus de Bijskvpije <sup>14</sup>; mgr. Paulus de Zaklijczew; mgr. Stanislaus

<sup>1</sup> Petri Hispani.      <sup>2</sup> de Vasarhely. Muczkowski, Liber promot., 101 et 103.

<sup>3</sup> et <sup>4</sup> »mgr. ....« derasum.      <sup>5</sup> Graudentinus. Muczkowski, l. c., 94 et 103.

<sup>6</sup> de Cracovia.      <sup>7</sup> de Myszczyń.      <sup>8</sup> »pro Lathowijcz« deletum.

Tarnow Tabulas eclipsium, tertia die, cessauit feria quarta ante Ma-  
thej <sup>18</sup>; 16. Martinus Pokrzywnijcza Veteris artis, ipso die innouacionis;  
18. —; 19. Ioannes Wratislavita Exercicium Metheororum, finivit ante  
Letare <sup>17</sup>; 20. Bartholomeus Regiopontanus <sup>18</sup> Posteriorum Lecturam,  
secunda die; 21. Martinus Crosna Iuuenalem, secunda die, finivit feria  
quarta ante Carnispriuuium <sup>19</sup>; 22. Iacobus Syeprcz Ex. Ethicorum, se-  
cunda die, pro eo legebat Paulus de Raczyas.

Aristotelis: 13. Stanislaus Narkuski <sup>20</sup> De inuencione Ciceronis,  
tercia die; 14. Michael Visliciensis, VIIluam partem Ptolomej <sup>12</sup>, secunda  
die; 15. —; 16. Andreas Cobylyno Exercicium Paruorum naturalium,

<sup>1</sup> sc. innovationis studii incepit      <sup>2</sup> Jedwat.      <sup>3</sup> 13 Martii 1536.

<sup>4</sup> 25 Decembris 1535.      <sup>5</sup> ..... derasum.      <sup>6</sup> Paulinus.

<sup>7</sup> Wedelicki, sc. in Medicinis legit.      <sup>8</sup> Joannes, sc. in Medicinis legit.

<sup>9</sup> a Czechów.      <sup>10</sup> de Cracovia.      <sup>11</sup> 1 Martii.      <sup>12</sup> Sic!      <sup>13</sup> Magnus.

<sup>14</sup> 2 Martii.      <sup>15</sup> «dr.» deletum.      <sup>16</sup> Bieda de Lowicz.      <sup>17</sup> 26 Martii.

<sup>18</sup> Sabinka.      <sup>19</sup> 23 Februarii.      <sup>20</sup> Narkussius. Muczkowski, Liber promot., 189.

tercia die, finita lectione ante Carnispruium <sup>1</sup> incepit Introductorium astronomie; 18. —; 19. Martinus Garbars <sup>2</sup> Ex. Donati, secunda die; 20. Stanislaus Lovicz Lecturam Paruorum naturalium, tertia die, finiuit feria quinta ante Inuocauit <sup>3</sup>; 21. Adam Brzesini Philozophiam Alberti continuauit, secunda die; 22. decanus Ex. Phisicorum, die innouacionis.

Socratis: 13. Nicolaus Herbesth Lecturam Metheororum, tertia die; 14. Martinus Garbarz <sup>2</sup> Tractatus Petri Hispani, secunda die, cessauit ante Carnispruium duabus septimanis; 15. Sebastianus Cleparz Suetonium De vitis Cesarum, secunda die; 16. Ioannes Pytrkouita Exercicium Posteriorum, die innouacionis, duabus septimanis finiuit ante Carnispruium; 18. —; 19. Franciscus Lublin Grammaticam Perrhoti, secunda die; 20. Iosephus de Cracouia L. Metaphisice, tertia die, post festa Natiuitatis non legit, in eodem lectorio legebat Paulus Raczyas Introductorium Glogouite in astronomiam, postquam Iosephus desyt; 21. Valentinus Rauensis Theoricas planetarum, secunda die, finiuit feria quarta <sup>4</sup>; 22. Antonius Napachanye Ex. Paruorum logicalium, die innov.

Hippocratis: 13. —; 14. Ioannes Coffman Lecturam Topico-  
rum, tertia die, Bedorski pro Cofman legebat; 15. Ioannes Dobrosyelski Elenchorum, quarta die, finiuit post festa Natiuitatis et incepit Comediam Plauti; 16. —; 18. —; 19. —; 20. Iacobus Belzā <sup>4</sup> de Cracouia De conscribendis epistolis <sup>5</sup>; 21. Dabrowski Andreas Arithmetiam; 22. Ioannes Cazimirita Exercicium Metaphisices, tertia die, adhuc ante festa <sup>6</sup> desijt, pro eo legebat Franciscus de Lublijn.

Prope waluam: 13. —; 14. Georgius de Thijcin Titum Liuium, secunda die, desijt ante festa Natalis dominj; 15. —; 16. —; 18. —; 19. —; 20. Andreas Strzebos Valerium Maximum, secunda die; 21. Albertus Dambrowskj Lecturam Veteris artis, die innouacionis; 22. —.

Nomina Magistrorum actus ordinarie intrancium, in tres classes diuisorum, sub decanatu mgri Benedicti Cosminensis:

Primi ordinis de maiori <sup>7</sup>, isti actum finiuerunt: Martinus de Comprovincia <sup>8</sup>; Martinus de <sup>4</sup> Garbars; Iacobus de Sijepcz, i; — secundi ordinis de maiorj: Martinus de Czijeskovicze; Ioannes

<sup>1</sup> 1 Martii.

<sup>2</sup> de suburbio Cracoviensi Cerdonia.

<sup>3</sup> 2 Martii.

<sup>4</sup> Sic!

<sup>5</sup> Roterodami;

<sup>6</sup> Natiuitatis.

<sup>7</sup> sc. Collegio.

<sup>8</sup> Kolaczek.



de Pyotrkow; Antonius de Napachanije; — terciij ordinis de maiorj: Ioannes de Cazimiria; Michael de Vislicza, i.

Primi ordinis de minorj: Adam de Brzezini, i; Franciscus de Lublijn, i; Ioannes de Mstow, i; Andreas Dambrowskj, i; — secundi ordinis de minorj: Stanislaus de Lovijcz; Stanislaus Cijesla, semel per alium; Ioannes Cafman, semel per alium; Mathias de Cracouia, i per alium; Sebestianus de Cracouia<sup>1</sup>; — terciij ordinis de minorj: Martinus de Crosnija; Adam de Tarnow; Bartholomeus de Ponte regio; Thomas de Cracouia; Ioannes de Vratislavia, ii.

Extranej: Andreas Bochnija, iiiii; Valentinus Rava, iiiiii; Ioannes Dambrowskj; Georgius Tyczijn; Iacobus Belza, iiiii; Foelix Bedorskj, iiiiii; Lazarus Cracouiensis; Andreas Cobijlyn; Nicolaus Herbesth, iii; Valentinus fr. Myechoviensis<sup>2</sup>; Stanislaus fr. Myechoviensis<sup>3</sup>; Stanislaus Narkuskj, iii; Byesyekyerskj; Albertus Dambrowskj, iiiiii; Ioannes Dobrosielskj, iiiiii; Felix Bedorskj, iiiiii<sup>4</sup>; Paulus Racyash, iiiiii.

Ordo Lectionum commutatione estuali anno natalis Christi 1536 in decanatu primo mgr̃i Bartholomej de Ponte regio, Stradomija<sup>5</sup> dictus<sup>6</sup>:

Theologorum: hora 9. mgr̃. Ioannes Wratislauita Parva naturalia, per alium tertia die innouacionis<sup>7</sup>; 10. Andreas Bochnija Lecturam Phisicorum, secunda die; 11. Paulus Raczijs L. Meteororum, secunda die, finiuit post Crucis<sup>8</sup>; 12. —; 15. —; 16. Andreas Dąbrowski Grammaticam Peroti, tertia die, per alium legebat et finiuit per alium; 17. Ioseph de Cracouia L. Politicorum, non finiuit, legebat ante Crucis<sup>9</sup> Cesla<sup>8</sup>; 18. Ioannes Mstow L. Veteris artis, tertia die, i; 19. medicus; 20. medicus.

Ptolomei: 9. Valentinus Rava Aritmetricam cum mvsica, transulit in xix<sup>9</sup>, secunda die; 10. Michael Wislicza Omari<sup>10</sup> De natiuitatibus, tertia die, i; 11. Martinus Garbas<sup>11</sup> Lecturam Posteriorum, tertia die, i; 12. —; 15. —; 16. Martinus Czyeskowita De anima Exercicium, secunda die, i; 17. Bądorski L. De celo et mundo, prima

<sup>1</sup> Janeczka, de suburbio Cracoviensi Kleparz.

<sup>2</sup> a Czechów.

<sup>3</sup> Bieda.

<sup>4</sup> Sic!

<sup>5</sup> Sabinka.

<sup>6</sup> sc. studii incepit.

<sup>7</sup> 14 Septembris.

<sup>8</sup> Stanislaus de Cracovia.

<sup>9</sup> sc. horam.

<sup>10</sup> alias Homari.

<sup>11</sup> de Cracovia.

die incepit; 18. dr. Adam <sup>1</sup> continuauit Albertum <sup>2</sup>, tertia die, i; 19. —; 20. Ioannes Cazimirita Ethicorum, per alium tertia die.

Maronis: 9. mgr. Ioannes Caffman Marsilium, per alium secunda die; 10. Iacobus Sijepcz Elencorum, prima die, i; 11. Martinus Pokrzywniczka De generatione, prima die, i; 12. Franciscus de Lublin Exercitium Noue logice, ante tempus finiuit; 15. —; 16. Dobrosijelski Parua naturalia, secunda die, quibus finitis Parulum philosophie legit vsque post Crucis <sup>3</sup>; 17. Iacobus de Cracouia <sup>4</sup> continuauit De conscribendis epistolis, tertia die; 18. Thomas de Cracouia Lecturam Priorum, secunda die, i; 19. dr. Crosno Iuuenalem continuauit, tertia die; 20. Iacobus Szijepcz De celo, prima die, i.

Aristotelis: 9. Georgius Ticzin Dialecticam Cesarij <sup>5</sup>, vix tribus septimanis legit; 10. Antonius Napachanije Lecturam De anima, prima die, i; 11. Adam Tharnow Tabulas directionum, secunda die, i; 12. Ioannes Pyotrkowijta Exercitium Veteris artis, prima die, i; 15. —; 16. Antonius Napachanije Ex. Donati, secunda die, i; 17. Dilectus <sup>6</sup> L. Minuciarum, non continuabat integram commutationem; 18. Strząbos continuauit Valerium <sup>7</sup>, cessauit ante caniculares; 19. Lazarus <sup>8</sup> Epistolas Horacij, cessauit ante caniculam; 20. decanus Phisicorum, prima die.

Socratis: 9. Martinus Czieskovita Tractatus Petri Hispani, prima die, i; 10. Stanislaus Czieslija <sup>9</sup> continuauit Phisicorum, prima die; 11. Sebastianus de Clepars continuauit Suetonium <sup>10</sup>, tertia die, i; 12. mgr. Benedictus Cosmin Exercitium Posteriorum, tertia die per alium continuabat, eger; 15. Franciscus Lublijn Officia Ciceronis, quarta die; 16. —; 17. Benedictus Cosmin Vergilium, quarta die, i; 18. dr. Louicz carmina De resurrectione, quatuor septimanis post innouacionem incepit per alium; 19. Mathias de Cracouia Epistolas Ciceronis, secunda die; 20. Martinus Garbars Parvorum logicalium, tertia die, i.

Hippocratis: 9. —; 10. —; 11. —; 12. —; 15. —; 16. —; 17. —; 18. —; 19. —; 20. Nicolaus <sup>11</sup> Lodzija De generatione, tertia die.

Prope valuum: 9. —; 10. Iacobus Gostinin Economicorum, tertia die, ante Crucis <sup>3</sup> finiuit; 11. Albertus Dąbrowski Perspectiuam, mox ante Crucis <sup>3</sup> finiuit, secunda die incepit; 12. —; 15. —; 16. —; 17. Nicolaus Herbest Albertum Magnum <sup>2</sup>, duabus septimanis post inno-

<sup>1</sup> Brzeziński?<sup>2</sup> Philosophiam Alberti Magni.<sup>3</sup> 14 Septembris.<sup>4</sup> Belza.<sup>5</sup> Joannis.<sup>6</sup> Matthias de Lowicz.<sup>7</sup> Maximum.<sup>8</sup> Jedwat.<sup>9</sup> de Cracouia.<sup>10</sup> De vitis imperatorum.<sup>11</sup> Sic!

uacionem incepit; 18. mgr. Narkuski Lecturam Thopicorum, tertia die, cessauit ante commutationem; 19. —; 20. —.

Magistri in tres ordines partiti, actus publicos intrantes, sub decanatu mgri Bartholomei de Ponte regio, hec nomina habent:

Primi ordinis de maiori: Martinus de Comprouincia, semel per alium; Martinus Garbars <sup>1</sup>; Iacobus Sijepcz, semel per alium; — secundi ordinis de maiori, isti actum finiuerunt: Martinus Czyeskwowijcze; Ioannes de Pyotrkow, i et per alium secundo; Antonius de Napachanije, per alium semel; — terciij ordinis de maiori: Ioannes de Cazimiria; Michael de Wislicza; Benedictus Cozmin, semel per alium.

Primi ordinis de minori: Adam de Brzezini; Franciscus de Lublin; Ioannes Mstow, i; Andreas Dąbrowskij, nunquam post caniculares; — secundi ordinis de minori: Stanislaus Lowicz, iii; Stanislaus Czijeslija; Ioannes Caffman, per alium semper; Mathias de Cracouia, semel per alium; Adam de Tarnow; — terciij ordinis: Martinus Crosnija; Sebastianus de Clepars; Thomas de Cracouia; Ioannes Wratislauiensis, nunquam.

Extranei: Valentinus Rawa, iiiiii; Andreas Bochnija, iiiiii; Felix Bądorskj, iiiiii; Albertus Dąbrowskj, iiiiii; Ioannes Dobrosielski, iiiiii; Iacobus Belza, iiiii; Lazarus Cracouiensis; Herbest, iiiiii; Andreas Cobilin, ii; Paulus Raczijas, iiiiii; Stanislaus Narkuski, i; Georgius Ticzin; Bijessyekyerskj; Valentinus fr. Myechoviensis; Petrus Lublin; Iacobus Gostinin, iiiiii.

Hac commutatione adnumerati in facultatem artisticam: mgr. Andreas <sup>2</sup> Ioannes Dobrosielski, Felix Bądorski et Valentinus de Rawa.

### I. N. R. I. Ordo Lectionum commutatione hyemali anni 1536 in decanatu secundo mgri Iacobi Sijepcz:

Theologorum: hora 13. mgr. Ioannes Bysiekierskij <sup>3</sup> comediam Amphitruo Plauti, quarta die <sup>4</sup> incepit; 14. mgr. Benedictus <sup>5</sup> Tractatus

<sup>1</sup> de Cracovia.  
studii.

<sup>2</sup> «Andreas» deletum.  
<sup>5</sup> de Magna Koźmin.

<sup>3</sup> Sic!

<sup>4</sup> sc. post innovationem

Petri Hispani, incepit tertia die; 15. mgr. Bartholomeus de Ponte regio Epistolas Ciceronis, die tertia incepit; 16. mgr. Nicolaus de Nova ciuitate <sup>1</sup> Exercitium Metheororum, die secunda incepit, vsque ad Carnispruium <sup>2</sup>; 18. —; 19. —; 20. mgr. Ioannes Msthow Lecturam Parworum naturalium, secunda die innouacionis; 21. —; 22. —.

Ptholomei: 13. mgr. Dobrosijkij <sup>3</sup> Lecturam Topicorum, incepit die innouacionis; 14. mgr. Michael Wijslycza Omar <sup>4</sup>, die secunda incepit; 15. mgr. Mathias <sup>5</sup> Magnus de Cracouia L. Veteris artis, secunda die incepit; 16. mgr. Bedorskij Exercitium Posteriorum, secunda die incepit, legit vsque ad Letare <sup>6</sup>; 18. —; 19. mgr. Andreas Dąbrowsky Ex. De anima, tertia innov. incepit, legit ad Iudica <sup>7</sup>; 20. dr. Crossna Epistolas Ouidij, die innov. incepit; 21. mgr. Stanislaus Czyesla <sup>8</sup> L. De anima, secunda die innov. incepit; 22. mgr. Martinus Cyeskowijcze Ex. continuauit Methaphisice, die innov. studij incepit.

Maronis: 13. mgr. Andreas Bochnia continuauit Phisicorum, innouacionis <sup>9</sup> incepit; 14. mgr. Martinus Cerdo <sup>8</sup> Lecturam Elencorum, secunda die incepit; 15. mgr. Adam a Tarnow <sup>10</sup> Martinus de Comprovincia L. Posteriorum, innouacionis studij; 16. mgr. Andreas Cobijlyn <sup>11</sup> Exercitium Thopicorum, die quarta incepit, ii; 18. —; 19. mgr. Albertus Dąbrowskij Ex. De generacione, innov. incepit; 20. —; 21. dr. Adam Brzezijnij L. De generacione, die secunda incepit; 22. mgr. Ioannes Piotrcovita Ex. Parworum naturalium, solum ad festa Natiuitatis legit.

Aristotelis: 13. —; 14. mgr. Paulus Gąbyn Lecturam Methaphisice, die innouacionis incepit; 15. mgr. Adam a Tarnow Theoricas planetarum, secunda die; 16. mgr. Antonius Napachanije Exercitium Veteris artis, innov.; 18. —; 19. mgr. Martinus de Cracouia <sup>12</sup> Ex. Donati, secunda die innov.; 20. dr. Stanislaus Lowijcz Politicorum, secunda die innov.; 21. mgr. Antonius de Napachanije L. Marsilij, quarta innov. incepit; 22. decanus Phisicorum, legit vsque ad Iudica <sup>7</sup>.

Socratis: 13. —; 14. mgr. Mathias Dilectus <sup>13</sup> Perspectiuam, secunda die incepit; 15. mgr. Sebastianus <sup>14</sup> continuauit Suetonivm, tertia die; 16. mgr. Thomas Cracouiensis <sup>15</sup> Exercitium Noue loijce, secunda die innouacionis, et legit vsque ad Palmas <sup>16</sup>; 18. —; 19. mgr.

<sup>1</sup> Herbest.<sup>2</sup> 14 Februarii 1537, sc. legit.<sup>3</sup> Dobrosielski!<sup>4</sup> Homari De natiuitatibus.<sup>5</sup> Cantrifusoris<sup>6</sup> 11 Martii.<sup>7</sup> 18 Martii.<sup>8</sup> de Cracovia.<sup>9</sup> Sic!<sup>10</sup> „Adam a Tarnow” deletum.<sup>11</sup> Glaber.<sup>12</sup> Garbarz.<sup>13</sup> de Łowicz.<sup>14</sup> Janeczka.<sup>15</sup> Paulinus.<sup>16</sup> 25 Martii.

Ioseph de Cracouia Grammaticam Perroti, innov. incepit, ii; 20. mgr. Valerianus de Cracouia <sup>1</sup> Grammaticam hebream Campensis <sup>2</sup>, post vnam septimanam incepit et ante Natiuitatis .....<sup>3</sup> ad Dorothee <sup>4</sup>; 21. mgr. Benedictus <sup>5</sup> Georica continuavit, tertia die incepit; 22. mgr. Valentinus Rawa Ex. Paruorum logicalium, secunda die incepit.

Prope valvam: 13. —; 14. mgr. Iohannes Cafman Lecturam Priorum, tertia die incepit; 15. mgr. Paulus Raczyasz L. Phisicorum, innouacionis incepit; 16. —; 18. —; 19. —; 20. —; 21. mgr. Simon de Cracouia <sup>6</sup> L. Metheororum, iiii; 22. mgr. Nicolaus de Lodzya Exercicium De celo, secunda die incepit.

I. N. R. I. Ordo Magistrorum actus ordinarios visitancium tripartitus in decanatu secundo mgri Iacobi de Szijepcz commutacione hijemali anno dni 1536 <sup>7</sup>:

Primi ordinis de maiori: Martinus de Comprovincia; Martinus de Cracouia; Iacobus Szijepcz; — secundi ordinis de maiori: Martinus Czijeskowita; Ioannes Piotrkowita; Antonius Napachanije; — terciij ordinis de maiori: Ioannes Kazijmirita, nec per se nec per alium; Michael de Vijslijczija; Benedictus Cosmijn.

Primi ordinis de minori: dr. Adam de Brzezini; Ioannes Mstow; Andreas Dambroskij; Ioannes Cafman, ter per alium; — secundi ordinis de minori: dr. Stanislaus Lowicz; Stanislaus Ciesla; Mathias de Cracouia; Adam Tarnow; Sebastianus de Cleparz; — terciij ordinis de minori: dr. Martinus Chrosnije; Bartholomeus de Ponte regio; Thomas Cracouiensis; Valentinus Rawa; Nicolaus de Noua ciuitate <sup>8</sup>.

Extranei: Paulus Raczijash, iiii; Felix Bedorskij, iiii; Dobrosylskij <sup>9</sup> iiii; Mathias Dilectus <sup>10</sup>, iiii; Andreas Bochnia, iiii; Albertus Dambroskij, iiii; Ioannes Dambrosky <sup>9</sup>; Andreas Cobilini; Bijeijekijerzkij <sup>11</sup>, iiii; Iacobus Gostin, iiii; Paulus Gobyn <sup>9</sup>, iiii.

Mgri primi ordinis actum finiuerunt. — Eadem commutacione sabbato proximo ante Georgy <sup>12</sup>, hoc est ipso die electionis noui dni

<sup>1</sup> Pernus, Universitatis Parisiensis mgr. Muczkowski, Liber promot., 194; cf. Appendicem. <sup>2</sup> Joannis. <sup>3</sup> „.....” deletum. <sup>4</sup> 6 Februarii.

<sup>5</sup> Kozminensis. <sup>6</sup> Scipio vulgariter Kij. <sup>7</sup> In Cod. „anno dni 1537”.

<sup>8</sup> Herbest. <sup>9</sup> Sic! <sup>10</sup> de Łowicz. <sup>11</sup> Biesiekierski! <sup>12</sup> 21 Aprilis.

decani artium pro futura commutatione, adnumerati sunt ad regendam facultatem artisticam hi magistri, videlicet mgr. Andreas Dambrovskij, mgr. Andreas de Bochnija.

### Ordo Lectionum commutatione estiuaj anno dni 1537 in decanatu primo mgri Thome de Cracouia Paulinj:

Theologorum: hora 9. mgr. Martinus Czijeskouita Lecturam Polliticorum, tertia die inceptit, iii; 10. mgr. Simon de Cracouia L. Veteris artis, tertia die inceptit, aliquot lectionibus factis desijt; 11. mgr. Mathias Magnus <sup>1</sup> L. Paruorum naturalium, prima die inceptit; 12. mgr. Albertus Dambrovskij Exercitium Noue logicę, secunda die, ii; 15. mgr. Michael de Glovno Imam Comediam Terencij, tertia die innouacionis; 16. mgr. Felix Bendorski Grammaticam Perotj, secunda die, ii; 17. mgr. Cristoferus Zaborovskij L. De generacione, factis aliquot lectionibus desijt; 18. mgr. Nicolus Herbest Epistolas Ciceronis breuiores, secunda die; 19. medicus <sup>2</sup> Obornikj; 20. medicus Noskowskj Ioannes.

Ptolomej: 9. mgr. Paulus Gambin Lecturam Phisicorum, prima die inceptit; 10. mgr. Michael Vislicza Quadrupartitum Ptolomei, prima die inceptit; 11. mgr. Ioannes Mstov L. Ethicorum, prima die inceptit; 12. mgr. Michael de Glovno Exercitium Posteriorum, prima die innouacionis; 15. mgr. Georgius Ticzijn Cosmographiam Mele <sup>3</sup>, tertia die inceptit, aliquot lectionibus factis desijt; 16. mgr. Ioannes Caffman Ex. Topicorum, tertia die, i; 17. mgr. Iacobus de Cracouia Belze Modum epistolandi Erasmi <sup>4</sup>, prima die, desijt ante caniculares, ii; 18. mgr. Nicolaus Lodzija Euclidem, tertia die; 19. dr. Adam de Brzezini L. Metheurorum, prima die inceptit, i; 20. mgr. Antonius Napachanije Ex. Parvorum logicalium, prima die.

Maronis: 9. mgr. Ioannes Caffman Lecturam De celo et mundo, prima die inceptit, i; 10. mgr. Iacobus Szyeprs Theoricas planetarum, prima die inceptit; 11. mgr. Martinus Pokrzywnijcza L. Topicorum, prima die innouacionis; 12. mgr. Matheus <sup>5</sup> a Lovycz Dilectus Exercitium De generacione, tertia die, et ante caniculares desijt; 15. mgr. Iacobus, monachus <sup>7</sup> Paruulum philosophie, prima die; 16. mgr. Iacobus Szyeprs <sup>8</sup>

<sup>1</sup> Cantrifusoris de Cracovia.

<sup>2</sup> Wedelicki de.

<sup>3</sup> Pomponii

<sup>4</sup> Roterodami.

<sup>5</sup> Sic! loco Matthias.

<sup>6</sup> de Kierskow. Muczkowski, Liber

promot., 191.

<sup>7</sup> in Miechów.

<sup>8</sup> Sic!

Ex. De celo et mundo, prima die; 17. mgr. Ioannes Dobroszijekj Marsilium, prima die inceptit; 18. mgr. Petrus de Poznania Officia Ciceronis, prima die, aliquot lectionibus factis desijt et recessit; 19. dr. Martinus Crosnija Eneida Virgilij, prima die; 20. mgr. Martinus de Cracouia Garbarj <sup>1</sup> Ex. Ethicorum, prima die, iiii.

Aristotelis: 9. mgr. Antonius Napachanije Tractatus Petri Hispani, prima die inceptit; 10. mgr. Stanislaus de Cracouia Czyeslija Lecturam Priorum, prima die inceptit; 11. —; 12. mgr. Benedictus de Cosmin Exercitium Veteris artis, secunda die, ii; 15. —; 16. mgr. Stanislaus de Cracouia Cziyeslija Ex. Donatj, prima die, ii; 17. mgr. Andreas de Cobilin <sup>2</sup> Arithmetricam, secunda die, i; 18. dr. Stanislaus Lovijcz VIIImum librum Naturalis historie <sup>3</sup>, prima die; 19. mgr. Valentinus Rava L. De anima, tertia die; 20. mgr. Thomas de Cracouia, decanus, Ex. Phisicorum de Magistris <sup>4</sup>, prima die.

Socratis: 9. mgr. Adam de Tarnov Canones astrolabij, tertia die inceptit; 10. mgr. Andreas de Bochnija Lecturam Elenchorum, prima die inceptit; 11. mgr. Sebastianus de Clepars Iustinum historicum, prima die innouacionis inceptit, legit ad Michaelis <sup>5</sup>; 12. mgr. Martinus Czyeskovita Metheororum, prima die, sepe per alium legit, ii; 15. mgr. Iacobus Gostin Alberti Magni Philosophiam, tertia die inceptit; 16. mgr. Benedictus Cosmin <sup>6</sup>, mgr. Paulus Raczijans <sup>1</sup> Exercitium De anima, prima die innov., i; 17. mgr. Benedictus Cosmin Odas Horacij, tertia die; 18. mgr. Andreas Strembosch Boecium De consulatu <sup>1</sup>, tertia die innov.; 19. mgr. Andreas Dąmbrowskj L. Posteriorum, prima die; 20. mgr. Bartholomeus de Regioponte per alium Ex. Paruorum loicalium, prima die.

Nomina Magistrorum actus ordine intrantium, in tres classes diuisorum, sub decanatu mgri Thomę Cracouiensis Paulinj:

Primi ordinis de maiori Collegio: mgr. Martinus de Comprouincia <sup>7</sup>; mgr. Martinus de Cerdonibus, ter non erat in actu; mgr. Iacobus de Szijepcz, semel per alium; — secundj ordinis de maiorj: mgr. Martinus Czyeskouita; mgr. Antonius Napachanije, i per alium; mgr. Ioannes Cazimirita, nullocies; — terciij ordinis de maiorj: mgr. Michael de Vislicia; mgr. Benedictus de Cosmin, i per alium tempore egritudinis; mgr. Stanislaus de Cracouia Czyeslija.

<sup>1</sup> Sic!<sup>2</sup> Glaber.<sup>3</sup> C. Secundi Plinii.<sup>4</sup> Joannis.<sup>5</sup> 29 Septembris.<sup>6</sup> mgr. Benedictus Cosmin deletum.<sup>7</sup> Kolaczek.

Primi ordinis de minorj: dr. Adam de Brzesinij, i per alium; mgr. Ioannes de Mstov; mgr. Ioannes Caffman, i per alium; mgr. Mathias de Cracouia Magnus, i per alium; — secundi ordinis de minorj: dr. Stanislaus de Lovijcz; mgr. Sebastianus de Clepars; mgr. Bartholomeus de Regioponte, semel neglexit, postea semper per alium; mgr. Adam de Tarnov; — terciij ordinis de minorj: dr. Martinus de Crosna; mgr. Andreas Dąmbrowskij, bis per alium; mgr. Nicolaus Herbest; mgr. Valentinus Rava; mgr. Andreas Bochnija, i neglexit.

Extranei de facultate: Foelix Bendorski, senior burse Ierusalem, quinque puncta.

Extranei non de facultate: mgr. Ioannes Dobroszyelskj, quinque puncta; mgr. Albertus Dombrovskj, quinque puncta; mgr. Paulus de Gąmbin, quinque puncta; mgr. Paulus de Raczyąsch, quinque puncta; mgr. Michael de Glovno, quatuor puncta; mgr. Mathias de Lovycz <sup>1</sup>, duo puncta; mgr. Nicolaus de Lodzija, duo puncta; mgr. Iacobus de Gostin, quatuor; mgr. Iacobus Belza; mgr. Georgius Ticzyn; mgr. Simon de Cracouia Scipio <sup>2</sup>; mgr. Andreas Cobilin; mgr. Andreas Strembosch; mgr. Iacobus de Mijechov <sup>3</sup> monachus.

Hac commutatione vacabant Lecture, videlicet: Methaphisicę, Perspectuę. — Vltimi actum finiuerunt. — Albertus Dambrovskj actus extraordinarios celebrauit. — Albertus Dambrovskj eo die, quo electus est nouus dnus decanus, susceptus est ad regendam facultatem artisticam.

### Ordo Lectionum commutatione hijemalj anno dni 1537 in decanatu secundo mgri Martini Cieskowite:

Galieni: hora 14. mgr. Michael <sup>4</sup>; 15. mgr. Mathias a Cracouia Longus <sup>5</sup> Thopicorum; 16. mgr. Felix Bandorsky Veterem artem exercitauit; 18. —; 19. mgr. Nicolaus de Noua ciuitate <sup>6</sup> De anima, non legit a Reminiscere <sup>7</sup> et nescitur, quomodo sit; 20. mgr. Albertus Dambrowsky Priorum; 21. —; 22. —.

Ptolomei: 14. mgr. Michael de Wislicia Quadrupartitum Ptolomej; 15. mgr. Martinus de Cracouia Elencorum, finiuit ipso die s. Va-

<sup>1</sup> Dilectus.

<sup>2</sup> vulgariter Kij.

<sup>3</sup> Kierskow.

<sup>4</sup> Sic!

<sup>5</sup> Sic! procul dubio loco Magnus.

<sup>6</sup> Herbest.

<sup>7</sup> 17 Martii 1538.



Ientini <sup>1</sup>; 16. mgr. Anthonius <sup>2</sup> Posteriorum Exercicium; 18. —; 19. —; 20. mgr. Ioannes a Mstow Ethicorum continuauit; 21. mgr. Andreas Dzialosicze post Septuagesimam <sup>3</sup> incepit Horacium De arte; 22. mgr. Czesla <sup>4</sup> De generacione.

Maronis: 14. mgr. Andreas Dambrowskij Parua naturalia; 15. mgr. Martinus a Comprowincia De anima; 16. mgr. Ioannes Coffman Exercicium Metheurorum, finiuit ante Sexagesimam <sup>5</sup>; 18. —; 19. —; 20. mgr. Paulus Gabyn Phisicorum, iii; 21. mgr. Ioannes Cofman Phizicorum; 22. mgr. Iacobus Szieprcz De celo, finiuit feria secunda post Purificacionis <sup>6</sup>.

Aristotelis: 14. mgr. Andreas Kobilino Epistolas Ciceronis; 15. mgr. Sebastianus de Cleparz Iustinum <sup>7</sup>, per alium, ante festa Cristi <sup>8</sup> cessauit; 16. mgr. Benedictus <sup>9</sup> Exercicium Noue logice; 18. —; 19. mgr. Valentinus a Rawa Grammaticam; 20. dr. Stanislaus Louicz Posteriorum; 21. mgr. Anthonius <sup>2</sup> Parua logicalia; 22. decanus Phizicorum.

Socratis: 14. mgr. Stanislaus de Cracouia <sup>10</sup> Petrum Hispanum; 15. mgr. Adam de Tarnow Tabulas directionum; 16. —; 18. mgr. Ioannes Dobroszelsky Metheorum; 19. mgr. Andreas de Bochnia Donatum; 20. mgr. Benedictus <sup>9</sup> Odas Horacij; 21. Thomas de Cracouia Veterem artem; 22. mgr. Martinus de Cracouia Parua logicalia.

Ipocratis: 14. —; 15. —; 16. —; 18. —; 19. —; 20. mgr. Andreas de Cobilino Perifrases <sup>11</sup> De celo et mundo; 21. dr. Adam Brzeszini Economicorum; 22. —.

Platonis: 14. —; 15. mgr. Valerianus <sup>12</sup> Xenophontem <sup>11</sup>; 16. —; 18. —; 19. —; 20. mgr. Michael Glowno Politicorum <sup>13</sup> De generacione; 21. Iacobus Gostinyń Politicorum; 22. mgr. Nicolaus Lodzia Thopicorum.

Ordo Magistrorum actus ordinarios visitantium, in tres classes diuisus, in decanatu secundo mgrī Martini a Cieskouiće:

Primi ordinis de maiori Collegio: mgr. Martinus de Comprovincia; mgr. Martinus de Cerdonia <sup>14</sup>, iii; mgr. Iacobus de

<sup>1</sup> 14 Februarii. <sup>2</sup> Napachaniensis. <sup>3</sup> 17 Februarii.

<sup>4</sup> Stanislaus de Cracovia. <sup>5</sup> 24 Februarii. <sup>6</sup> 4 Februarii.

<sup>7</sup> historicum. <sup>8</sup> 25 Decembris. <sup>9</sup> Kozminensis. <sup>10</sup> Cieśla. <sup>11</sup> Sic!

<sup>12</sup> Pernus. <sup>13</sup> «Politicorum» deletum. <sup>14</sup> Garbarz de Cracovia.

Syeprcz, ii; — secundi ordinis: mgr. Anthonius Napachanye; mgr. Michael de Wislicia, i; — terciij ordinis: mgr. Benedictus a Coszmijn, iiii; mgr. Stanislaus de Cracouia; mgr. Ioannes de Cracouia <sup>1</sup>, semel per alium.

De minori primi ordinis: mgr. dr. <sup>2</sup> Adam de Brzeschini, iii; mgr. Iohannes de Mstow, per alium, i; mgr. Andreas Dabrowsky, ii et semel per alium; mgr. Mathias de Cracouia, semel, per alium bis; — de secundo ordine: mgr. dr. <sup>3</sup> Stanislaus Louicz, per alium ii; mgr. Sebastianus de Cleparz, nunquam; mgr. Bartholomeus de Regio ponte, ii per alium; mgr. Adam de Tarnow; mgr. Thomas de Cracouia, semel per alium; — terciij ordinis: mgr. Nicolaus Herbest, iiii; mgr. Valentinus Rawa, per alium i; mgr. Andreas Bochnija; mgr. Andreas Kobilin.

Extranei de facultate: mgr. Felix Bandorskij, i; mgr. Ioannes Dobroszielskij, i; mgr. Albertus Dabrowsky, i.

Extranei extra facultatem: mgr. Michael de Glownio <sup>4</sup>, iiii; mgr. Iacobus Gostijnijn, iiii; mgr. Nicolaus Lodzia; mgr. Paulus Raczasz; Mathias Louicz; Andreas Dzialoszcze, i.

### Ordo Lectionum commutatione estuali anno dni 1538 in decanatu primo mgri Ioannis de Msthow:

Theologorum: hora 9. mgr. Valentinus Rava Dialecticam Cesarij, die innouacionis, finiuit feria tertia post Mathej <sup>4</sup>; 10. —; 11. —; 12. mgr. Mathias Cracouiensis <sup>5</sup> Exercicium Paruorum naturalium; 16. —; 17. —; 18. —; 19. —; 20. —.

Ptolomei: 9. —; 10. mgr. Michael Vislicia Quadripartitum Ptolomei, die innouacionis; 11. mgr. Adam de Tharnow Resolutas tabulas, die innov., ij; 12. mgr. Anthonius <sup>5</sup> Exercicium Veteris artis, die innov. incepit; 16. —; 17. —; 18. mgr. Paulus Raczyas vix quatuor lectiones legit et cessauit <sup>2</sup>; 19. mgr. Anthonius <sup>5</sup> Lecturam De generacione, die innov., finiuit feria quarta post Crucis <sup>6</sup>; 20. mgr. Stanislaus Czyesla de Cracouia Ex. Paruorum logicalium, die innov. incepit, iiii.

Maronis: 9. mgr. Felix Bandorskj Lecturam Priorum, die innov.

<sup>1</sup> Kaufman.

<sup>2</sup> Sic!

<sup>3</sup> 24 Septembris.

<sup>4</sup> Cantrifusoris Magnus.

<sup>5</sup> Napachaniensis.

<sup>6</sup> 18 Septembris.

incepit; 10. mgr. Stanislaus Czyesla L. De anima, die innov. incepit; 11. mgr. Martinus Pokrzywnica L. Paruorum naturalium, die innov.; 12. mgr. Ioannes Cochman Exercicium De celo, die tertia innov., finiuit feria quarta ante Crucis <sup>1</sup>, ii; 16. mgr. Ioannes Dobrossyelsky Ex. De anima, die innov. incepit, finiuit feria quarta ante Mathei <sup>2</sup>; 17. mgr. Sebestianus <sup>3</sup> Theoricas planetarum, die innov.; 18. —; 19. mgr. Ioannes Cochman continuauit L. Phisicorum, die innov. incepit, finiuit feria secunda post Crucis <sup>4</sup>, ii; 20. mgr. Mithael de Glowno Rethoricam Ciceronis, die innov. incepit, feria quarta post Michaelis <sup>5</sup> finiuit, iiii.

Aristotelis: 9. —; 10. mgr. Martinus de Cerdonia <sup>6</sup> Lecturam Polliticorum, xij puncta; 11. mgr. Bartholomeus Regiopontanus L. Thopcorum; 12. mgr. Benedictus Cosmin Exercicium Priorum, tercio die innouacionis, iii; 16. mgr. Martinus de Cracouia <sup>6</sup> Priscianum, xxii puncta; 17. mgr. Petrus de Posnania Officia Ciceronis, die innov.; 18. dr. Louicz Rudolphi Agricole De locis <sup>7</sup> dyalectice artis, finiuit feria quinta ante Crucis <sup>8</sup>, ii; 19. mgr. Andreas de Dzyaloscze L. Posteriorum, j; 20. decanus Ex. Phisicorum.

Socratis: 9. mgr. Andreas Cobilin die secunda innovacionis Methaphisicam; 10. mgr. Valerianus <sup>9</sup> Philipicas Ciceronis; 11. mgr. Herbert Methamorphoseon <sup>10</sup> Methamorphoseon <sup>10</sup>, die secunda innov., finiuit ante dies caniculares; 12. —; 16. mgr. Iacobus Gosthin Grammaticam Peroti, die innov. incepit, finiuit feria quarta post Crucis <sup>2</sup>; 17. mgr. Matheus <sup>11</sup> Cracouiensis Epistolas Ciceronis minores; 18. mgr. Benedictus Cosmin Satiras Horacy, i; 19. mgr. Thomas Cracouita <sup>12</sup> Lecturam Veteris artis, die innov. incepit, finiuit feria quarta ante Matheij <sup>2</sup>, iii; 20. —.

Prope valuum <sup>13</sup>: 9. mgr. Andreas Bochnya <sup>14</sup> Lecturam Posteriorum, die innovacionis; 10. —; 11. —; 12. —; 16. —; 17. —; 18. —; 19. —; 20. mgr. Nicolaus Lodzia L. Metheororum, die innov. incepit in lectorio Prope valuum <sup>10</sup>.

<sup>1</sup> 11 Septembris.

<sup>2</sup> 18 Septembris.

<sup>3</sup> Janeczka.

<sup>4</sup> 16 Septembris.

<sup>5</sup> 2 Octobris.

<sup>6</sup> Garbarz de Cracovia.

<sup>7</sup> ? locis?

<sup>8</sup> 12 Septembris.

<sup>9</sup> Pernus de Cracovia.

<sup>10</sup> Sic!

<sup>11</sup> Sic! procul dubio loco Matthias Magnus

Cantrifusoris.

<sup>12</sup> Paulinus seu Pawłowicz.

<sup>13</sup> Inscriptio »Prope valuum«

deest in Cod.

<sup>14</sup> Lubelczyk.

Ordo Magistrorum actus ordinarios visitancium, in tres classes diuisus, in decanatu mgrī Ioannis de Msthow:

Primi ordinis de maiori Collegio: mgr. Martinus de Comprovincia; mgr. Martinus de Cracouia, ii; mgr. Anthonius de Napachanije; — secundi ordinis: mgr. Michael de Vislicia; mgr. Benedictus de Cozmin, ii; mgr. Stanislaus de Cracouia; — terciij ordinis, hos sequitur ordo <sup>1</sup>: mgr. Ioannes Coffman; mgr. Mathias de Cracouia.

Primi ordinis de minori Collegio: dr. Stanislaus Louicz, per alium bis; mgr. Sebastianus Cleparz, i; mgr. Bartholomeus de Ponte <sup>2</sup>; mgr. Thomas de Cracouia; mgr. Andreas Bochnija; — secundi ordinis hij sunt: mgr. Adam a Tharnow; mgr. Nicolaus Herbast <sup>1</sup>, iii; mgr. Valentinus Rawa, per alium j; mgr. Felix Bandorskj; — terciij ordinis: mgr. Andreas Cobilin; mgr. Ioannes Dobrossyelski; mgr. Albertus Dambrowskj; mgr. Valerianus a Cracouia, j; mgr. Andreas Dziyalosicze <sup>3</sup>, j.

Extranej non de facultate: mgr. Michael de Glowno, iiii; mgr. Iacobus Gosthinin, iiii; mgr. Nicolaus Lodzija, iiii; mgr. Simon a Prossouicze <sup>1</sup>; mgr. Iacobus Belze; mgr. Petrus de Poznania, iiii; mgr. Paulus Racziash.

Ordo Lectionum commutationis hijemalis anni dni 1538 <sup>4</sup> in secundo decanatu mgrī Antonij <sup>5</sup>:

Galieni: hora 14. mgr. Mathias de Cracouia Lecturam Veteris artis, incepit die innouacionis, finiuit feria quinta ante Inuocauit <sup>6</sup>; 15. mgr. Andreas de Dzialosicze Marsilium, pro mgro Andrea Bochnensi, die innov.; 16. —; 18. —; 19. —; 20. Bandorskj Euclidem, secunda die post innov., finiuit feria sexta ante Inuocauit <sup>7</sup>, iiii; 21. —; 22. —.

Ptolomej: 14. mgr. Michael de Vijslijczą <sup>1</sup> continuauit Quadrupartitum Ptolomei, die innouacionis, iii; 15. Adam Tharnow <sup>8</sup> Tabulas eclipsium, die innov.; 16. mgr. Stanislaus Czesla <sup>9</sup> Lecturam Me-

<sup>1</sup> Sic!      <sup>2</sup> Sabinka Regiopontanus.      <sup>3</sup> dictus Staw? Cf. commutationem aestiv. a. 1543.      <sup>4</sup> I. e. commutationis hiemalis a. 1538/39; in Cod. hoc loco perperam «anni dni 1539».      <sup>5</sup> Napachaniensis.      <sup>6</sup> 20 Februarii 1539.  
<sup>7</sup> 21 Februarii.      <sup>8</sup> Tussinus.      <sup>9</sup> de Cracovia.

taphisice, die innov., ij et bis ante horam cessauit, finiuit feria sexta ante Georgij <sup>1</sup>; 18. —; 19. mgr. Mathias de Cracouia Exercicium De anima, die innov., semel non cito venit et per alium finiuit; 20. mgr. Martinus Garbari <sup>2</sup> Epistolas Ciceronis breuiiores, secunda die post innov., ii; 21. mgr. Iacobus de Gosthyn L. Metheororum, die innov., i, finiuit feria quarta ante dominicam Sexagesimam <sup>3</sup>, et in fine preleccionum legit Georgica Hesiodi <sup>4</sup>; 22. mgr. Ioannes Cochman Ex. De generatione, secunda die innov., iii, finiuit feria sexta ante Quinquagesimam <sup>5</sup>.

Maronis: 14. mgr. Ioannes Cochman Lecturam Posteriorum, incepit die innouacionis; 15. mgr. Martinus de Comprovincia L. Elenorum, die innov., i; 16. mgr. Martinus Garbari Exercicium Posteriorum, die secunda post innov., ii, in medio hore exivit iterum; 18. —; 19. —; 20. mgr. Albertus Dąbrowskj Introductorium in Almanach, incepit die innov.; 21. mgr. Nicolaus Lodzią <sup>4</sup> L. De celo et mundo, die innov., iiii, finiuit feria tertia post Inuocauit <sup>6</sup>; 22. mgr. Ioannes Msthow Ex. Metheororum, die innov., ii.

Aristotelis: 14. Valerianus <sup>7</sup> mgr. Ioannes Thurobijn pro mgro Valeriano <sup>8</sup> legit De amicitia et De senectute, ii; 15. mgr. Andreas Cobilyn pro mgro Bartholomeo de Regioponte continuauit Lecturam Metaphisice, et incepit die innouacionis; 16. —; 18. —; 19. —; 20. mgr. Benedictus <sup>9</sup> continuauit Satiras Horacii, incepit secunda post innov., ii, post Oculj <sup>10</sup> finiuit, discontinue post examen legendo; 21. mgr. Petrus Posnaniensis Officia Ciceronis continuauit, incepit die innov., j; 22. decanus Phisicorum.

Socratis: 14. mgr. Valentinus Raua continuauit Cesarium <sup>11</sup>, ad mandatum rectoris <sup>12</sup> incepit die innouacionis, et finiuit feria tertia ante Quinquagesimam <sup>13</sup>; 15. mgr. Mstow Lecturam De generatione, secunda die post innov.; 16. mgr. Benedictus <sup>9</sup> Exercicium Veteris artis, die innov., ii, finiuit per alium; 18. mgr. Ioannes Thurobijn Eneida Virgilij, secunda die post innov., j, et legit ad Palmarum <sup>14</sup>; 19. mgr. Michael Glowno Grammaticam Perotj, die innov., ii, legit ad Palmarum <sup>14</sup> et finiuit; 20. —; 21. Dobroszjelskj Therencium, die innov., i, finiuit feria sexta ante Inuocauit <sup>15</sup>; 22. mgr. Andreas Cobilin <sup>16</sup> Ex. Paruorum logicalium, die innov., ii, finiuit feria sexta ante Inuocauit <sup>15</sup>.

<sup>1</sup> 18 Aprilis.

<sup>2</sup> de Cracovia.

<sup>3</sup> 5 Februarii.

<sup>4</sup> Sic!

<sup>5</sup> 14 Februarii.

<sup>6</sup> 25 Februarii.

<sup>7</sup> «Valerianus» deletum.

<sup>8</sup> Perno.

<sup>9</sup> Kozminensis.

<sup>10</sup> 9 Martii.

<sup>11</sup> Dialecticam Caesarii.

<sup>12</sup> Gregorii de

Stawiszyn. Metrica studiosorum Univ. Cracov., ms. bibl. Jag. 259, II 168.

<sup>13</sup> 11 Februarii.

<sup>14</sup> 30 Martii.

<sup>15</sup> 21 Februarii.

<sup>16</sup> Glaber.

Platonis: 14. mgr. Sebastianus de Cleparz Lecturam Ethicorum, die innouacionis; 15. mgr. Thomas de Cracouia <sup>1</sup> L. De anima, secunda die post innov., i, post examen semper legit per alios et finiuit per alium feria sexta ante dominicam Letare <sup>2</sup>; 16. mgr. Nicolaus Cobijlin pro Herbesth Exercicium Noue logice, incepit feria sexta ante Martini <sup>3</sup>, iiii; 18. —; 19. —; 20. —; 21. mgr. Andreas Dzialoszicze L. Phisicorum, die innov., i; 22. —.

Hippocratis: 14. dr. Lovijcz Lecturam Priorum, die innouacionis, j, finiuit feria sexta ante Quinquagesimam <sup>4</sup>; 15. —; 16. —; 18. —; 19. —; 20. —; 21. —; 22. —.

Lecture iste vacabant: Phisicorum, Metaphisica, Thopicorum, Paruorum naturalium, Politicorum, Perspectiua, Theorice <sup>5</sup>, Arithmetica.

Ordo Magistrorum actus ordinarios visitancium, in tres classes diuisus, in secundo decanatu mgrī Anthonij a Napachanije:

Primi ordinis de maiori Collegio: mgr. Martinus de Comprovincia; mgr. Martinus de Cracouia, ii, cumque celebraret actum, aliquociens exibat et moram extra faciebat; mgr. Ioannes Msthow, j per alium; — secundi ordinis: mgr. Michael de Vislicia, ii; mgr. Benedictus <sup>6</sup>, semel per alium; — terciij ordinis: mgr. Stanislaus de Cracouia, semel per alium; Ioannes Cochman, bis per alium; mgr. Mathias de Cracouia, semel per alium.

Primi ordinis de maiori Collegio: dr. Lovijcz, semel per alium; mgr. Sebastianus de Cleparz, j per alium; mgr. Bartholomeus de Regioponte, j; mgr. Thomas de Cracouia, semel per alium; mgr. Andreas Bochna <sup>7</sup>, ii; — secundi ordinis: mgr. Adam Tharnow; mgr. Nicolaus Herbesth; mgr. Valentinus Raua; mgr. Felix Bandorskj; — terciij ordinis: mgr. Andreas Cobilino; mgr. Ioannes Dobreselskj <sup>7</sup>, bis per alium; mgr. Albertus Dąmbrowskj, semel per alium; mgr. Andreas Dzialoszicze; mgr. Valerianus de Cracouia <sup>8</sup>, nec per se nec per alium intrauit.

Extranej, hic puncta signant diligenciam: mgr. Michael Glowno, iiii; mgr. Iacobus de Gosthijn, iiii; mgr. Nicolaus Lodzia; mgr. Petrus de Posnania, iiii; mgr. Ioannes Thurobijn.

<sup>1</sup> Paulinus.

<sup>2</sup> 14 Martii.

<sup>3</sup> 8 Novembris.

<sup>4</sup> 14 Februarii.

<sup>5</sup> planetarum.

<sup>6</sup> Kozminensis.

<sup>7</sup> Sic!

<sup>8</sup> dictus Pernus.

Primi ordinis finiuerunt. — Michael a Glowno eo die, quo electus est nows dnus decanus, ascriptus est susceptusque ad regendam facultatem artisticam.

### Ordo Lectionum commutationis estiuales anno dni 1539 in decanatu primo mgri Ade a Tharnow <sup>1</sup>:

Galieni: hora 8. mgr. Stephanus a Znena Cesarium <sup>2</sup> continuauit, iam ante inceptum diem innouacionis inceptit, et ante Crucis terminauit feria quarta <sup>3</sup>; 9. mgr. Felix Bendorski Cesarium <sup>2</sup>, die innov. inceptit, post Mathei terminauit feria quarta <sup>4</sup>; 10. orator <sup>5</sup> Rethoricam Ciceronis ad Herennium, die innov. inceptit, post Crucis <sup>6</sup> terminauit, j; 11. mgr. Symon Pilznensis <sup>7</sup> Rethoricam Ciceronis de invencione, die innov. inceptit, ante Crucis <sup>8</sup> Eneidam continuauit et in canicula <sup>9</sup> terminauit, ii; 12. mgr. Mathias de Cracouia Exercicium De celo, die innov. inceptit, post Crucis <sup>6</sup> terminauit; 15. mgr. Adam de Chaczijnij Methamorfosis Ouidij, post Stanislai <sup>8</sup> inceptit, eger in canicula legit, ante Mathei <sup>9</sup> terminauit, iiiiii; 16. mgr. Petrus a Poznania Exercicium De anima, die innov. inceptit, post Crucis <sup>6</sup> terminauit, ii; 17. mgr. Ioannes Dobrosselski continuauit Terencium, die innov. inceptit, post Crucis terminauit feria quarta <sup>10</sup>; 18. mgr. Ioannes de Thurobin continuauit Eneida, die innov. inceptit, post Crucis <sup>6</sup> terminauit; 19. medicus; 20. medicus.

Ptholomei: 8. —; 9. mgr. Valentinus de Rava Lecturam Topicorum, die innovacionis inceptit, post Mathei <sup>9</sup> terminauit, iii; 10. mgr. Michael de Wyslycza Quadrupartitum Ptholomei, die innov. inceptit, post Crucis <sup>6</sup> terminauit, iii; 11. mgr. Ioannes Msthow L. Veteris artis, die innov. inceptit, post Crucis <sup>6</sup> terminauit, iii; 12. mgr. Anthonius Napachanije Exercicium Posteriorum, die innov. inceptit, feria quinta ante Crucis <sup>11</sup> terminauit; 15. —; 16. —; 17. mgr. Albertus Sijepcz continuauit Speram materiale ad Corporis Cristi <sup>12</sup>; 18. mgr. Marthinus Opoczno Svetonium, die innov. inceptit, post Mathei <sup>9</sup> terminauit, iii; 19. mgr. Marthinus de Cerdonia <sup>13</sup> L. Elencorum, die innov. inceptit, feria quinta ante Crucis <sup>11</sup> terminauit, ii; 20. mgr. Stanislaus de Cracouia <sup>14</sup> Ex. Parworum logicalium, die innov. inceptit, post Crucis <sup>6</sup> terminauit per alium, iiiii.

<sup>1</sup> Tussini.

<sup>2</sup> C. Dialecticam.

<sup>3</sup> 10 Septembris.

<sup>4</sup> 24 Septembris.

<sup>5</sup> Sic!

<sup>6</sup> 14 Septembris.

<sup>7</sup> Maricius.

<sup>8</sup> 7 Maji.

<sup>9</sup> 21 Septembris.

<sup>10</sup> 17 Septembris.

<sup>11</sup> 11 Septembris.

<sup>12</sup> 5 Iunii.

<sup>13</sup> Garbarz de Cracovia.

<sup>14</sup> Cieśla.

Maronis: 8. —; 9. mgr. Valerianus de Cracouia Philipica <sup>1</sup>, die tertia inceptit, ante Crucis <sup>2</sup> terminauit, iiiiii; 10. mgr. Stanislaus de Cracouia <sup>3</sup> Lecturam Posteriorum, et post Crucis terminauit feria sexta <sup>4</sup> angutiarum <sup>5</sup> iii; 11. mgr. Marthinus Pokrzywnicza L. De anima, die innouacionis inceptit, post Mathei <sup>6</sup> terminauit; 12. mgr. Marthinus Garbarz <sup>7</sup> Exercitium Veteris artis, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit, iiiiii; 15. —; 16. dr. Bartholomeus de Regio ponte Ex. Donati, per alium legit, die innov. inceptit, ante Crucis <sup>2</sup> terminauit, solus duabus horis legit, j; 17. mgr. Andreas Cobijlin Theoricas planetarum, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit; 18. mgr. Ioannes Coffman L. De celo, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit, ii; 19. mgr. Thomas de Cracouia Marsilium, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit, j; 20. mgr. Ioannes Msthow Ex. Parworum naturalium, die innov. inceptit, feria quinta ante Mathei <sup>8</sup> terminauit, post Iacobi <sup>9</sup> ad Bartholomei <sup>10</sup> per alium legit, iiiiii.

Aristotelis: 8. mgr. Iacobus de Gosthyni <sup>5</sup> Lecturam Paruorum naturalium, die innouacionis inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit, j; 9. mgr. Nicolaus Bodzacziyn Salustium De Catilina, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit, iii; 10. mgr. Michael Glowno L. Priorum, die innov. inceptit, post Crucis terminauit feria tertia <sup>11</sup>; 11. mgr. Andreas Dabrowskij Tabulas resolutas, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit; 12. mgr. Iohannes Caffman Exercitium Methaurorum, secunda die innov. inceptit, feria sexta ante Crucis <sup>12</sup> terminauit, iii; 15. mgr. Nicolaus Herbesth Parwum philosophie, per alium legit, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit; 16. —; 17. mgr. Mathias Lomza Eglogas Vergilii, item Persium, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit, iii; 18. dr. Stanislaus Lovijcz Georgica Vergilii, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit, ii; 19. —; 20. decanus die innov. inceptit Ex. Phisicorum, sexta feria post Crucis <sup>4</sup> terminauit.

Socratis: 8. —; 9. mgr. Leonardus de Mijechow <sup>13</sup> Tractatus Petri Hispani, die innouacionis inceptit, ante Crucis <sup>2</sup> immediate terminauit; 10. mgr. Mathias a Czechanow <sup>14</sup> Philosophiam Alberti, die innov. inceptit, ante caniculares dies cessauit; 11. mgr. Andreas Dzia-lossycze Lecturam Metheurorum, die innov. inceptit, post Crucis <sup>2</sup> terminauit; 12. mgr. Benedictus <sup>15</sup> Exercitium Noue logice, secunda die innov.

<sup>1</sup> Ciceronis.      <sup>2</sup> 14 Septembris.      <sup>3</sup> Cieśla.      <sup>4</sup> 19 Septembris.

<sup>5</sup> ? Sic!      <sup>6</sup> 21 Septembris.      <sup>7</sup> Garbarz de Cracovia.      <sup>8</sup> 18 Septembris.

<sup>9</sup> 25 Julii.      <sup>10</sup> 24 Augusti.      <sup>11</sup> 16 Septembris.      <sup>12</sup> 12 Septembris.

<sup>13</sup> Leonardus de Wyszogrod Słoneczewski, presbiter ordinis sepulchri dni Hierosolymitani in Miechów, postea epus Camenecensis. Muczkowski, Liber promot., 196.

<sup>14</sup> de Ciechanowiec. Muczkowski, l. c., 196.      <sup>15</sup> Kozminius.



inceptit, post Crucis terminavit, iii, per alium legit ..... <sup>1</sup> semel; 15. mgr. Andreas Cobylyn <sup>2</sup> legit L. Economicorum; 16. mgr. Marthinus Radlinskij Grammaticam Peroti, die innov. inceptit, post Crucis terminavit, j; 17. mgr. Andreas de Poznania Lucanum, ad Corporis Cristi <sup>3</sup> legit tantum; 18. mgr. Ioannes Trzczana <sup>4</sup> L. Phisicorum, secunda die innov. inceptit, post Crucis <sup>5</sup> legit <sup>6</sup>, iii; 19. mgr. Benedictus <sup>7</sup> Epistolas Horacij, secunda die innov. inceptit, in profesto Stanislai <sup>8</sup> terminavit, iii; 20. —.

Platonis: 8. —; 9. —; 10. mgr. Thomas de Cracouia <sup>9</sup> Grammaticam grecam <sup>6</sup>, die innov. inceptit, ante Crucis <sup>5</sup> terminavit immediate, i; 11. mgr. Sebastianus a Cleparz continuavit Lecturam Ethicorum, die innov. inceptit, feria quarta ante Michaelis <sup>10</sup> terminavit, j; 12. —; 15. —; 16. —; 17. mgr. Matheus <sup>11</sup> de Cracouia <sup>12</sup> L. Politicorum, secunda die innov. inceptit, post Crucis <sup>5</sup> terminavit, iii; 18. mgr. Ioannes Iactowski <sup>13</sup> Dialecticam Rudolphi <sup>14</sup>, secunda die innov. inceptit, post Crucis <sup>5</sup> terminavit, iiiii; 19. mgr. Nicolaus Lodza L. De generatione, die innov. inceptit, ante Crucis <sup>5</sup> terminavit immediate, iiiiii; 20. —.

Ordo Magistrorum actus ordinarios visitantium, in tres classes diuisus, in decanatu mgri Ade de Tharnow anno dni 1839:

Primi ordinis de maiori Collegio, hic puncta <sup>15</sup> signant negligencias: mgr. Marthinus de Comprovincia; mgr. Martinus de Cracovia, j; mgr. Anthonius de Napachanije, j; — secundi ordinis: mgr. Ioannes Msthow; mgr. Michael de Wijslycza; mgr. Benedictus a Cozmijn, ii per alium; — terciij ordinis: mgr. Stanislaus de Cracouia; mgr. Ioannes Coffman, j per alium; mgr. Mathias de Cracouia, j per alium.

Primi ordinis de minori Collegio: dr. Lowijcz, j per alium; mgr. Sebastianus <sup>16</sup>, j; dr. Bartholomeus <sup>17</sup>, per alium et bis neglexit; mgr. Thomas de Cracouia <sup>9</sup>, j; — secundi ordinis: mgr. Andreas Cobijlyn <sup>2</sup>, j per alium; mgr. Felix Bendorskij; mgr. Valentinus Rava, j per alium; mgr. Nicolaus Herbesth, nullocies; — terciij ordinis: mgr. Ioannes Dobrossyelskij; mgr. Albertus Dabrowskij; mgr. Andreas Dzalossijcze; mgr. Valerianus <sup>18</sup>, nullocies; mgr. Iacobus a Gosthin.

<sup>1</sup> „.....” deletum.

<sup>2</sup> Glaber.

<sup>3</sup> 5 Junii.

<sup>4</sup> Trzciński, Arundinensis.

<sup>5</sup> 14 Septembris.

<sup>6</sup> Sic!

<sup>7</sup> Kozminensis

<sup>8</sup> 26 Septembris.

<sup>9</sup> Paulinus.

<sup>10</sup> 24 Septembris.

<sup>11</sup> Sic! procul dubio loco Mathias.

<sup>12</sup> Magnus.

<sup>13</sup> de Jaktorów.

<sup>14</sup> Agricolae.

<sup>15</sup> Litera i.

<sup>16</sup> Janeczka de Kleparz.

<sup>17</sup> Sabinka.

<sup>18</sup> Pernus de Cracovia.

Extranei in facultate: mgr. Michael Glowno, iiii, tocies fuit in actu.

Extranei non in facultate tocies fuerunt in actu et hic puncta <sup>1</sup> signant diligencias: mgr. Petrus a Poznania, iiii; mgr. Ioannes Trczijana, iiii; mgr. Marthinus Radlenijskij <sup>2</sup>, iiii; Adam a Chaczijnij <sup>3</sup>, iiii; Mathias Lomza, iiii; Simon Pijlzo, iiii; Marthinus Opoczno, iiii; Sthephanus a Zvena, ii; Ioannes Thurobijn, ii.

He Lecture vacabant: Parvorum naturalium, Methaphisice, Perspectiua, Arithmethica cum musica, Euclides; Exercicia: De generatione, Methaphisice, Ethicorum. — Primi ordinis finiverunt disputantium actus. — Mgr. Iacobus a Gosthijni eo die, quo electus est dnus nows decanus pro commutatione hiemali, susceptus et ascriptus est ad regendam facultatem artisticam et ad consilium eiusdem.

### Ordo Lctionum commutationis hiemalis anni dni 1539 in secundo decanatu mgri Ioannis a Msthow:

Galieni: hora 13. mgr. Andreas Dzyalossicze Thopicorum, die innouacionis <sup>4</sup>, finiuit post Oculi feria secunda <sup>5</sup>; 14. mgr. Bartholomeus de Regio ponte <sup>2</sup>; 15. mgr. <sup>2</sup>—; 16. mgr. Ioannes Yactorowskj <sup>2</sup>; 19. mgr. Ioannes Turobin Ciceronis continuacionem, die innov. incepit; 20. mgr. Andreas Dzyaloszice Lecturam Thopicorum, die innov., feria secunda post Oculi <sup>5</sup> finiuit; 21. —; 22. —.

Ptholomej: 13. mgr. Stanislaus Cziesla <sup>6</sup> Lecturam Priorum, die innouacionis; 14. mgr. Adam de Tharnow Theoricas planetarum, die innov., finiuit feria sexta ante Inuocauit <sup>7</sup>; 15. mgr. Martinus de Cerdonia <sup>8</sup> L. Polliticorum; 16. mgr. Ioannes Caffman L. Noue logice, die innov. <sup>4</sup>, die Agate <sup>9</sup> finiuit; 19. mgr. Simon Pilznensis Pro Milone <sup>10</sup>, finiuit feria sexta ante Iudica <sup>11</sup>; 20. mgr. Caffhman <sup>8</sup> L. Parvorum naturalium, secunda die innov., finiuit feria secunda post Iudica <sup>12</sup>; 21. mgr. Sebastianus <sup>13</sup> L. Methaphisice, die innov.; 22. mgr. Stanislaus Cziesla <sup>6</sup> Exercicium De generatione, die innov.

<sup>1</sup> Litera i.      <sup>2</sup> Sic!      <sup>3</sup> Zaborceus dictus.      <sup>4</sup> sc. studii incepit.

<sup>5</sup> 1 Martii 1540.      <sup>6</sup> de Cracovia.      <sup>7</sup> 13 Februarii.

<sup>8</sup> de Cracovia Garbarz.      <sup>9</sup> 5 Februarii.      <sup>10</sup> Ciceronis.      <sup>11</sup> 12 Martii.

<sup>12</sup> 15 Martii.      <sup>13</sup> de Kleparz Janeczka.

- 521 — 522 extraneus non de facultate (521 sabbaticos actus ordinarios visitavit 4; 521h. visit. 10; 522 visit. 3; 522h. visit. 6).
- 522h. susceptus in facultatem.
- 523 — 525h. extraneus de facultate (523 actus neglexit 2; 523h. negl. 1; 524 et 525 negl. 4; 524h. negl. 1 et 1 per alium fuit; 525h. recusavit actus ordinarios celebrare).
- 521 — 525 legit aut exercitavit:
- Aristotelis Meteorologica 522 (finivit 19.VIII).
- — Oeconomica 524h. (finiv. 18.XI).
- — Parva logicalia 521 (secundum Marsiliu, ad 14.IX legit).
- — Parva naturalia 524 (finiv. 15.IX).
- — Posteriora 525 (negligenter legit).
- — Priora 523, 524h. (ordinariam Priorum lectionem legere noluit, per decanum multoties avisatus).
- — Topica 521h. (finiv. 29.I).
- Ciceronis De somnio Scipionis 523h. finitis Theoricis planet. post 22.I inceptit).
- — Paradoxa 522 (finitis Meteorologicis post 19.VIII addidit, negl. 2).
- Mantuani Contra poetas impudice loquentes 521h. (finitis Topicis post 29.I addidit).
- Nigri Epistolas 522h. (finiv. 20.II).
- Persii Satiras 524h. (finitis 18.XI Oeconomicis 23.XI inc., negl. 3).
- Theoricis planetarum 523h. (finiv. 22.I).
- Piscopi B. d., v. Episcopus de Cracovia.
- Placidus, v. Pszonka de Cracovia.

- Płocēnsis Joannes de Plocko (515; J. de Plocko, Ploczka):  
 — 515 extraneus non de facultate (sabbat-  
 vos actus ordinarios non intravit; legit:  
 — Ciceronis Epistolas minores 515 (23.VI  
 discessit).  
 Plocensis Mathias (551 — 563), v.  
 Piątek.  
 Plocko de, Plocensis, de Ploczka: cf. Plo-  
 censis.  
 Pnewy, Pniew, Pniewi de... et similia: v.  
 Pniewita.  
 Pniewita Albertus de Pniewy (487h. —  
 497h.; Alb. de Pnewy, Pniew, Pniewij,  
 Pniewj, Pniewy, Pniewi, Pniewij, Pniew-  
 wy, Pnyevj, Pnyevy, Pnyew, Pnyewij,  
 Pnyewy; 489 baccalaureus in decretis):  
 — 487h. — 490 collega minor.  
 — 490h. — 497h. collega major (492h. sab-  
 bativos actus ordinarios neglexit 2; 496  
 negl. 1; 496h. et 497 actus nunquam vi-  
 sitavit).  
 — 489 decanus.  
 — 487h. — 490h. et 491h. — 495 legit aut  
 exercitavit:  
 — Aristotelis De anima 494 (legit et exer-  
 citavit, hora 11 et hora 16 in lectorio  
 Theologorum).  
 — — Ethica 492h.  
 — — Metaphysicam 488h.  
 — — Meteorologica 493h.  
 — — Novam logicam seu Ildam partem lo-  
 gicee 490, 495.  
 — — Oeconomica 491h.  
 — — Parva logicalia 491h., 493.  
 — — Physica 489, 490h.  
 — — Priora 492.  
 — — Topica 489h.  
 — — Veterem artem seu Ildam partem lo-  
 gicee 494h. (legit et exercitavit, hora 20  
 in lectorio Theologorum et hora 16 in  
 lect. Maronis).  
 — Arithmetica 489h.  
 — Donati De octo part. orationis 490h., 493.  
 — Galli Secundam partem seu syntaxin  
 492.  
 — Perspectivam communem 488h., 493h.  
 — Sphaeram materialem J. de Sacrobusto  
 491h.  
 — Tabulas eclipsium resolutas 488 (secun-  
 dum regem Alphonsum).  
 — Theoricarum planetarum 487h., 490, 492h  
 Pnyevj, Pnyew, Pnyewij de .. et similia:  
 v. Pniewita.  
 Pobiedzim de, v. Trancius.  
 Pocrzynicz, Pocrzynicz, Pocrzynicz  
 de: cf. Pokrzywnicensis.  
 Poēta (Agricola? Coxus?):  
 — 520h., 521h., 525 et 526h. poēta legit:  
 — ? Non nominatum autorem 520h. (hora  
 20 in lectorio Socratis), 521h. (hora 20  
 in lect. Aristotelis), 525 (negligenter omnia,  
 hora 11 in lect. Socratis; negligentissime,  
 hora 17 in lect. Socratis), 526h. (hora 21  
 in lect. Socratis).  
 — v. Agricola (518h. — 520); Coxus (519  
 — 526h.).  
 Pokrivnicza, Pokrijwnicz, Pokrywnicz,  
 Pokrzivnicza, Pokrzywnica de... et simi-  
 lia: cf. Pokrzywnicensis.  
 Pokrzywnicensis Martinus (507 —  
 541h.), v. Kolaczek.  
 Pokrzywnicensis Nicolaus de Po-  
 krzywnica (488 — 489; N. de Compro-  
 vnica, Comprovnitza, Coprijwnicz, Kom-  
 provnica):  
 — 488 — 489 extraneus simpliciter seu non  
 de facultate (sabbativos actus ordinarios  
 non visitavit); legit aut exercitavit:  
 — Ganifredi Novam poētriam 489  
 — Heliae P. Grammaticam 488, 488h.  
 Pokrzywnicensis Sebastianus de Po-  
 krzywnica (527h. et 528; S. de Compro-  
 uincia, Comprovincia, Pokrzivnicza):  
 — 527h. et 528 extraneus simpliciter seu  
 non de facultate (527h. sabbativos actus  
 ordinarios visitavit 5; 528 visit. 4); legit  
 aut exercitavit:  
 — Aristotelis Ethica 527h. (finivit 2.IV, ne-  
 glexit 2).  
 — — Physica 528.  
 Pokrzywnicz, Pokrzywnicz de... et simi-  
 lia: cf. Pokrzywnicensis.  
 Ponikiewski Stanislaus (554h. — 559;  
 St. Ponikiewski, Ponikiewskij, Ponikiew-  
 sky, Ponikowski, Ponikowskij, Ponikow-  
 skij, Ponikowsky, Ponikewski, Ponikew-  
 skij, Ponikijewskij, Ponikijewskij, Po-  
 nijkowski, Punikowski, Pvnikiewsky):  
 — 554h. — 558h. extraneus (554h. sabba-  
 tivas disputationes ordinarias visitavit 4  
 et disputavit actus extraordinarios; 555h.



- visit. 2; 556 visit. 5; 556h. visit. 8; 557 visit. 6; 557h. visit. 7; 558 disputavit 1; 558h. ad publicas disput. intravit 5).
- 557h. susceptus ad regendam facultatem in fine commutationis die electionis novi decani.
- 559 collega minor.
- 555 — 559 legit aut exercitavit:
- Alberti M. Philosophiam 557 (d. 1 incepit, legit ad finem), 557h. (continuavit, ipso d. innovationis studii inc., determinavit 31.III).
- Aristotelis De generatione 558h. (discontinue ad 9.II legit).
- — Parva naturalia 558 (pro Lazaride a Siepre d. 2 inc., legit ad canicula, propter adversam valetudinem a canicula non contin.).
- — Physica 556 (d. 1 inc., ad finem contin.), 556h. (contin., ipso d. innov. studii inc., post 12.III desiit).
- — Politica 559 (propter pestem ad 15.VI tantum legit).
- Arithmetica cum musica 555h. (re metum pestis 30.I inc., ad 8.III legit).
- Caesarii, Dialecticam 555 (d. 2 inc., propter pestem post 12.VI desiit).
- Ponikowski, Ponikowski... et similia: v. Ponikiewski.
- Ponte, Ponte regali, Ponte regio de: v. Sabinka alias Regiopontanus.
- Pontificius Jacobus de Biskupice (525 — 532h.; J. de Biskupice, Biskupicz, Biskupicze, Bijskupicze, Bijszkwpicze; Pontificius, plebejus et dr. medicinae, vocatur in Actis histor., I):
- 525 — 532h. extraneus simpliciter seu non regens facultatem (525 sabbativos actus ordinarios visitavit 6; 526 et 531h. visit. 2; 532 visit. 1).
- 525 et 531h. — 532h. legit aut exercitavit:
- Aristotelis Parvulum philosophiae 531h. (die innovationis studii incepit).
- Donati De octo part. orationis 532 (d. 2 innov. inc., terminavit ante 8.IX, neglexit 4).
- Glogowitae Introductorium astronomiae 525.
- Sphaeram materialem J. de Sacrobusto 532h. (d. innov. inc.).
- Pontificius Laurentius de Biskupice (551 — 557; L. Pontificius, L. de Biskupice):
- 551 — 557 extraneus (551, 552 et 557 sabbativas disputationes publicas visitavit 1; 551h. visit. 3; 556 visit. 5).
- 551 — 552 et 556 — 557 legit aut exercitavit:
- Aristotelis Parvulum philosophiae 551 (die 3 incepit).
- Ciceronis Rhetoricam ad Herennium 550h. (d. 2 innov. inc., etiam post 28.III legit. 557 (continuavit, d. 2 inc., ad 13.VI desiit).
- Glareani Geographiam 552 (d. 2 inc., ad canicula legit), 556 (d. 2 inc., ad finem contin.).
- Theoricas planetarum 551h. (d. 3 inc.).
- Poznanania de, Poznaniensis, Poznanita, de Poznanania, Poznaniensis, Poznananytha, de Poznanania, Poznaniensis... et similia: cf. Poznanita.
- Poznanita Albertus (I, 523 — 556), v. Misellus alias Basa, Oman, Saxo aut Sirotka dictus.
- Poznanita Albertus de Poznanania (II, 549; Alb. Poznaniensis):
- 549 extraneus (sabbativos actus ordinarios non intravit); legit:
- Glareani Geographiam 549 (13.V incepit, infra turbationem scholasticorum cessavit).
- Poznanita Andreas de Poznanania (539 — 541; A. de Poznananija, Poznanania):
- 539 — 541 extraneus non de facultate (541 sabbativos actus ordinarios visitavit 1).
- 539 legit:
- Lucani Pharsalia 539 (ad 5.VI tantum legit!).
- Poznanita Antonius (519), v. Beder mann.
- Poznanita Joannes (I, 501), v. Cze pel Nic.
- Poznanita Joannes (II, 506), v. Beder man Th.
- Poznanita Joannes de Poznanania (III, 548; J. Posznanicosis, Poznaniensis):
- 548 extraneus (sabbativos actus ordinarios non intravit); legit:
- Vergilii Aeneida 548 (die innovationis studii incepit).

- Poznanita Mathias de Poznaniam, dictus etiam Grodzicki (? 487b.; M. Poznaniensis:
- 487h. extraneus simpliciter seu non de facultate (sabbaticos actus ordinarios non est ingressus); legit aut exercitavit:
  - Aristotelis Oeconomica 487h.
- Poznanita Nicolaus (487h. — 517h.), v. Czepel.
- Poznanita Petrus a Poznaniam 537 — 547; P. a Posnania, Posnaniensis, Posnanita, Posznaniensis, Posznanytha, de Poznaniam; 547 dr. medicinae):
- 537 — 539h. extraneus non de facultate (538 et 539h. sabbaticos actus ordinarios visitavit 7; 538h. et 539 visit. 6).
  - 539h. susceptus ad regendam facultatem eo die, quo electus est novus decanus pro futura commutatione aestivali.
  - 540 — 542 collega minor (540 actus neglexit 2).
  - 542h. — 547 collega major (542h. in actibus per alium fuit 2; 544 et 545h. actus negl. 3; 544h. negl. 1; 545 et 546 nunquam visitavit).
  - 543h. decanus.
  - 537 et 538 — 547 legit aut exercitavit:
  - Aristotelis De anima 539 (die innovationis studii incepit, post 14.IX terminavit, negl. 2), 542h. (d. 2 inc.), 544h. (per substitutum d. 2 inc.).
  - — De generatione 544 (d. 2 inc.).
  - — Novam logicam seu Ildam partem logicæ 542 (d. 3 innov. inc.).
  - — Parva naturalia 543 (quaestiones, d. 2 inc.), 545 (quaest., d. 4 innov. inc., finivit ante 29.IX).
  - — Physica 543h. (? ob rabiosam pestem 3.XII inc.).
  - — Politica 542 (d. innov. inc.).
  - — Veterem artem seu Ildam partem logicæ 543 (d. innov. inc.), 544h. (quaestiones, per substitutum d. 2 inc.), 545h. (Łomżanus pro eo legit).
  - Ciceronis De amicitia 546 (dialogos, per alium legit?, negl. 4).
  - — Officia 537 (d. 1 inc., aliquot lectionibus factis desiit et recessit), 538 (d. innov. inc.), 538h. (continuavit, d. innov. inc., negl. 1), 547 (Val Rgiopontanus pro eo legit).
  - — Orationem pro Milone 546 (per alium).
  - — Rhetoricam ad Herennium 541 (d. 2 inc., 26.IX finiv.), 541h. (contin., ipso d. innov. inc., termin. 8.III), 545 (d. 7 post innov. inc., finiv. 25.IX).
  - Grammaticam 544 (d. innov. inc.).
  - Justinii Historiarum libros 539h. (historicum, d. innov. inc.), 540 (contin., d. 1 inc., negl. 2).
  - Peroti Grammaticam 540h. (d. 1 inc.), 542h. (d. innov. inc.).
  - Theoricas planetarum 546h. (d. 3 inc., 14.II finiv.).
- Poznanita Sebastianus (525), v. Berdermann.
- Poznanita Stanislaus de Poznaniam (506 — 509h.; S. de Posnania, Posznania):
- 506 — 509h. extraneus non de facultate (sabbaticos actus ordinarios non visitavit).
  - 506, 506h. et 509h. legit aut exercitavit:
  - Aristotelis Parva logicalia 506h. (secundum P. Hispanum).
  - Eutropii Breviarium historiae romanae 506.
  - Valerii M. Dictorum libros 509h.
- Poznanita Thomas (505 — 508), v. Berdermann.
- Poznanita Valentinus (504 — 516), v. Wróbel seu Passer.
- Praetorius, v. Recepta de Cracovia.
- Prassnis, Prassniss de: v. Prasnyszius.
- Prasnyszius Andreas a Prasnysz (555; Andr. Prassnis, Prassniss):
- 555 extraneus (sabbaticos disputationes publicas non est ingressus); legit:
  - Persii Satiras 555 (die 2 incepit, propter pestem 12.VI desiit).
- Premisla, Primisla de: cf. Przemyliensis.
- Probosceucize, Probosceuyce, Proboschczowicze, Proboschewycze, Probosceucize, Proboszczewice, Proboszczouicze de, Proboszczouiensis, Proboszczouius, a Proboszczowice... et similia: v. Proboszczowicius.
- Proboszczowicius Petrus a Proboszczowice (541 — 557; P. a Probosceucize, Probosceuyce, Proboscevice, Proboschczowicze, Proboschczowijcze, Proboschewycze, Probosceucize, Probosceucize, Proboscevice, Proboszczewicze, Proboszczewijcze, Proboszczouice, Proboszczouicze, Proboszczouiensis, Probos-

- cznuius, de Proboscovice, Proboscovicze, Proboscoviensis, a Proboscovycze, Proboscowice, Proboscowicze, Proboscowy  
cze, Proboscowice, Proboscowice):
- 541 — 542 extraneus (541 sabbaticos actus ordinarios visitavit 1; 542 visit. 7).
  - 542h. — 549h. collega minor (543h., 544, 546 et 549 actus neglexit 1; 544h. negl. 2; 547 admissus ad participationem fisci communis 1.VI, accepit videlicet florenos 2?; 548h. et 549h. in actibus per alium fuit 1).
  - 545 susceptus ad regendam facultatem eo die, quo electus est novus decanus pro semestri aestivali.
  - 550 — 557 collega major (550 et 555 actus negl. 1; 551, 552 et 556 negl. 1 et 1 fuit per alium; 551h. negl. 3, semper per alium fuit; 552 particeps divisionis; 552h., 554 et 557 per alium fuit 1; 554h. per alium fuit 1, a festo Nativitatis dni propter infirmitatem actus non intravit; 555h. per alium fuit 2).
  - 547 et 553h. decanus.
  - 541 — 557 legit aut exercitavit:
  - Albumazaria Flores astrologiae 550 (die 1 incepit, ad finem legit commutationis).
  - Alcabitii Astrologiam 541 (d. 1 inc.).
  - Aristotelis Elenchos 542 (d. innovationis studii inc.).
  - — Physica 547 (propter pestem 18.VI cessavit), 553h. (quaestiones, d. 1 inc.).
  - — Priora 542h. (d. innov. inc.).
  - Canones astrolabii 547h. (propter pestem 11.I inc., negl. 4).
  - Glogowitae Introductorium astronomiae 541h. (in crastino inc.), 543h. (de mutatione aurae, ob pestem 4.XII inc.).
  - Haly Abenragel De fatis astrorum et nativitatibus 545h. (d. 2 inc.), 554 (Revelationes, d. 1 inc., ad finem legit).
  - Hispaliensis Astrologiam 549h. (d. 1 inc.).
  - Niphi A. De causis calamitatum 546 (altera d. inc., negl. 3).
  - Ptolemaei Centiloquium 553 (d. 2 inc., ad finem usque commut. legit).
  - — Quadrupartitum opus 544, 544h. (continuavit, d. 2 inc.), 545 (Iltium partem, d. innov. inc., finivit 25.IX), 546 (d. 3 inc.), 548 (Imum, d. innov. inc.), 548h. (Iltium, d. 2 inc.), 550h. (Ildum librum, d. 2 inc.), 551 (Iltium, d. 2 inc., ad finem commut. legit), 551h. (IVtum, d. 2 inc.), 554h. (Ildum, d. 1 inc., propter infirmitatem ad festum Nativitatis dni legit), 555 (Ildum librum, d. 2 inc., propter pestem 12.VI desiit), 555h. (ob pestem 20.XII inc., ad 15.III legit), 556 (Iltium, d. 2 inc., ad finem legit), 556h. (textum, d. 2 innov. inc., post 3.III desiit), 557 (Iltium De judiciis, d. 2 inc.).
  - Tabulas planetarum resolutas 543 (d. 2 inc.), 549 (d. innov. inc., finiv. 12.IX), 552 (directionum, d. 2 inc., ad finem commut. legit), 552h. (directionum, d. 2 inc., 27.II finiv.).
- Procopiadus Nicolaus a Szadek, a posterioribus Szadkowski nuncupatus (512 — 564; N de Sadechk, Sadek, Schadeck, a Schadek, Shadcouius, de Shadek, Ssadek, Szadek, mgr. Zadek; 534h. s. theologiae baccalaureus et canonicus s. Floriani; 549 in Appendice rector Universitatis; 564 s. theologiae professor et canonicus Cracoviensis anno aetatis 75, cf. 552h. in Appendice):
- 512 — 513h. extraneus non de facultate (512h. sabbaticos actus ordinarios visitavit 6; 513 et 513h. visit. 5).
  - 513h. susceptus ad regendam facultatem 22.III.
  - 514 et 514h. extraneus de facultate.
  - 515 — 525 collega minor (515h. actus neglexit 3; 517 solus actus visit. 2, alias pro se misit; 524h. per alium fuit 2; 525 per alium 1).
  - 525h. — 534h. collega major (528 actus negl. 1, per alium fuit 1; 529 et 529h. negl. 4; 530h. negl. 1).
  - 523 et 534h. decanus.
  - 512 — 528h., 529h. — 531h., 534 et 534h. legit aut exercitavit:
  - Alcabitii Astrologiam 519h. (finivit 17.II), 520 (finiv. 13.IX, negl. 1), 521 (Alc. in Mathematica), 527h. (finiv. 2.IV), 530 (d. 6 post innovationem studii incepit, negl. 4).
  - Aristotelis De anima 514h. (finiv. 5.II).
  - — De generatione et corruptione 521.
  - — Elenchos 512, 531h. (in crastino inc., finiv. 1.II).
  - — Ethica 513, 513h. (continuavit), 514

- (pro mgro Stobnicense legit), 519h. (pro mgro Tuliszek, finiv. 9.III, negl. 3).
- — Metaphysicam 513h. (Metaphysicae tractatum, pro Obiedziniu), 534 (d. 2 innov. inc.).
- — Meteorologica 516 (finiv. 10.IX, tribus septimanis non legit, ut dicebatur, ob aegritudinem).
- — Novam logicam seu Ildam partem logicae 524h. (pro Skrzetuski, negl. 1).
- — Oeconomica 512h. (pro Politicis legit), 513h. (finitis Ethicis inc., finiv. 17.II), 529h. (d. 3 post innov. inc., finiv. ante 2.III).
- — Parva logicalia 516h.
- — Parvulum philosophiae 522h. (pro Skrzetuski).
- — Physica 523, 534h. (finiv. 26.II, decanus existens negl. 2!).
- — Politica 512h. (Oeconomica pro Politicis legit), 515h. (per se legit ad 8.XI, post hoc desiit et constituit pro se lectorem), 520 (finito 11.VII Euclide post caniculares contin.).
- — Posteriora 523h. (pro Skrzetuski).
- — Topica 518h. (pro Jac. Siradita, finiv. 23.XII!).
- — Veterem artem seu Ildam partem logicae 531h. (d. innov. inc., negl. 2).
- — Arithmeticam 525 (pro dre Cichosz de Szamotyły). [tuski].
- — cum Kalendario 521h. (pro Skrzetuski).
- — Astrologiam 517h., 521h. (negl. 1), 522 (negl. 3), 524 (negl. 3), 524h. (in Astrologia), 525h. (hora 13 in lectorio Ptolemaei, astrologus mgr. Zadek), 528 (finiv. 1.IX, negl. 3), 528h. (legit ad 21.III).
- — Astronomiam 526 (finiv. 11.IX, Ptolemaei Centiloquium?).
- — Ciceronis De somnio Scipionis 515 (finita 31.VIII Perspectiva inc., termin. 20.IX).
- — Euclidis Elementa geometriae 512h. (exercitavit pro se), 520 (pro mgro Tuliszek, finiv. 11.VII).
- — Głogowitae (?) Introductorium 516h. (astrologiae), 517 (astronomiae).
- — Nativitatum tractatum 525.
- — Ovidii Metamorphoses 522 (pro Skrzetuski, negl. 3).
- — Perspectivam communem 514 (pro Stobnicense), 515 (termin. 31.VIII).
- — Ptolemaeum 518, 518h., 522h. (per se legit), 523h.
- — Almagestum astronomiae 519 (in Astrologia).
- — Centiloquium 520h., 526h. (contin.!).
- — Quadrupartitum opus 531.
- — Stobnicensis Introductorium in Cosmographiam Ptolemaei, cf. Praefationem.
- — Theoricas planetarum 514h. (pro Stobnicense).
- — Vergilii Aeneida 514.
- ? Non nominatum autorem 527 (hora 10 in lectorio Maronis), 530h. (hora 14 in lect. Ptolemaei).
- Prona de, cf. Pronensis.
- Pronensis Andreas (495), v. Pronensis Emericus.
- Pronensis Emericus, Ungarus de Német Prona seu Prona theutonicali (492 — 512; mgr. Emericus, Hemericus, Hendricus, Henricus, E. de Brunna, H. de Brunna, E. de Prona, de Prona theutonicali, thewtonicalj; 495. Andreas de Prona theutonicali):
- 492 — 507 extraneus non de facultate (500h. sabbativis actibus ordinariis fere semper in quolibet ordine interfuit; 501 et 506h. fere semper in quolibet actu fuit).
- 507h. — 512 extraneus de facultate seu facultatem regens (508h. actus nunquam visitavit; 509h. neglexit 3; 511h. negl. 6; 512 negl. 2, nunquam fuit).
- 492 — 495, 497h. — 499, 500 — 510h., 511h. et 512 legit aut exercitavit:
- Aristotelis De anima 508 (alius pro eo legit, sed propter vigentem pestem cessavit), 508h. (inceptit a principio innovationis studii, i. e. ob pestem 30.X).
- — De generatione 498.
- — Ethica 493 (pro Jac. Szadkovio continuavit), 493h. (contin.), 494, 497h., 499, 500h., 501h., 502h., 504h., 505h.
- — Metaphysicam 492h., 502, 503.
- — Meteorologica 494h., 498h., 500, 506h.
- — Novam logicam seu Ildam partem logicae 509h. (finivit 14.II).
- — Oeconomica 500h., 501.
- — Parva logicalia 503h., 504, 507h., 512.
- — Parva naturalia 501.

- — Politica 495 (Andreas de P.), 502, 502h. (pro Krypa de Szamotuly legit).
- — Posteriora 510h. (contin.!).
- — Topica 505.
- — Veterem artem seu Imani partem logicae 509.
- — Donati De octo part. orationis 507, 511h.
- — Galli Secundam partem seu. syntaxin 506, 510.
- — Hispani P. Vtum et Vltum tractatum 492.
- — Nigri Epistolas 500 (Fr. Migrum).
- Proschouicensis, Proschowiensis, de Proseuicze... et similia: cf. Proszowita.
- Prosiński Joannes a Piotrków (518 — 536h.; J. Proszynsky de Pyotrkwow, J. Petrokovita, Piotrcovita, Piotrkouita, de Piotrkow, Piotrkovita, de Piotrkow, Piotrkowita, a Pijotrkwovija, de Pijotrkwow, Pijotrkwovia, Pijotrkwouita, Pijotrkwovita, de Pijotrkwow, Pijotrkwowijtha, de Pyetrkwow, Pyotrkwof, Pyotrkwoff, Pyotrkwovia, Pyotrkwow, Pyotrkwouita, de Pyotrkwow, Pyotrkwovita, de Pyotrkwow, Pyotrkwowita, Pyotrkwowijtha, Pytrkwouita):
- 518 — 520 extraneus non de facultate (518 sabbativos actus ordinarios visitavit 1; 518h. visit. 8; 519 visit. 5; 519h. visit. 10; 520 visit. 6).
- 520 susceptus ad regendam facultatem 28.IX.
- 520h. — 525 extraneus de facultate (521 actus neglexit 1).
- 525h. — 527 collega minor (526 nec per se nec per alium fuit 1).
- 527h. — 536h. collega major (528h. actus negl. 2; 529 et 529h. negl. 1; 530 et 532 — 534 per alium fuit 1; 536 negl. 1, per alium fuit 1).
- 531h. decanus.
- 518h. — 536h. legit aut exercitavit:
- Alberti M. Philosophiam 525 (ante 14.IX finivit).
- Aristotelis Ethica 529, 535 (d. innovationis studii incepit, negl. 3).
- — Meteorologica 519 (finiv. 29.VIII, negl. 8), 521 (finiv. 1.VIII).
- — Novam logicam seu Ildam partem logicae 523h., 530 (finiv. 8.IX?, negl. 6 et pluribus vicibus non legit per caniculam, quia absens fuit).
- — Parva logicalia 524h. (secundum Marsilium), 527h. (finiv. 2.IV), 528h., 529h. (Marsilii, d. innov. inc.), 534 (Marsilii, negl. 5), 533 (d. innov. inc.).
- — Parva naturalia 520, 522, 534 (d. 2 innov. inc.), 536h. (solum ad festa Nativitatis dni legit).
- — Physica 527 (3.V inc., 22.VIII cessa vit), 527h. (continuavit, sed non continuavit!), 531h.
- — Posteriora 518h., 528 (finiv. 7.IX, negl. 3), 529h. (d. innov. inc.), 530h. (legit et exercitavit, hora 16 et hora 21 in lectorio Ptolemaei, finiv. 24.II), 531h. (d. 2 post innov. inc., finiv. 21.II), 534h., 535h. (d. innov. inc., finiv. duabus septimanis ante Carnisprivium).
- — Priora 530 (finivit!).
- — Topica 519h. (finiv. 17.II, negl. 2), 520h. (finiv. 27.II), 528 (negl. 4).
- — Veterem artem seu Iman partem logicae 523, 533h., 536 (d. 1 inc., negl. 1).
- Ciceronis Officia 525h.
- Hispani P. Septem tractatus seu summulas logicae 521h. (finiv. 26.II), 528h. (finiv. 3.II), 532 (d. 8 post innov. inc., finiv. 7.IX).
- Ovidii Epistolas de Ponto 526.
- Pythagorae Aurea carmina 526h. (negl. 1).
- Ursini Epistolas 522 (finitis Parvis natur. addidit).
- Wimpfelingi Elegantias seu modum epistolandi 521 (Vijnihelmj, finitis 1.VIII Meteorologicis post caniculam inc., ad 29.IX legit), 524.
- ? Non nominatum autorem 522h. (hora 13 in lectorio Aristotelis, finiv. 20.II).
- Prosouiensis, Prosoujanus, Prosovita, a Prossouicze, Prossouiensis, Proszchouiensis, Proszeviensis, de Proszowicze... et similia: cf. Proszowita.
- Proszowita Simon (532 — 538), v. Zacius.
- Proszowita Stanislaus a Proszowice (548 — 555h.; St. Proschouiensis, Proschoviensis, Proschowiensis, Prosouiensis, Prosoviensis, Prosoujanus, Prossouiensis, Proszchouiensis, Proszeviensis, Proszowiensis):
- 548 — 552h. extraneus (548 sabbativas disputationes publicas intravit 2).
- 553 — 555h. collega minor (553h. et

- 554 disputationes nunquam intravit; 553h. sine venia alibi in Italiam; 555h. eousque ab Universitate absens citra omne dispendium?).
- 548 — 550, 551h., 553h. et 554h. legit aut exercitavit:
- Aristotelis De anima 554h. (die 1. innovationis studii incepit, finivit post 24.III).
- Ciceronis De oratore 551h. (d. 3 inc.).
- Officia 549h. (d. 1 inc.), 550 (ad cancellum tantum legit).
- Orationem pro Milane 548 (d. 2 innov. inc.).
- Horatium 549 (finito Valerio M. addidit, sed non terminavit).
- Epistolas 548h. (d. 2 inc., neglexit 8), 553h. (20.XI inc., ad 4.III legit).
- Valerii M. Dictionum libros 549 (d. innov. inc.).
- Proszowita Thomas a Proszowice (553h. Th. Proszchouiensis):
- 553h. extraneus (praesidens mgr. pro sabbativis disputationibus ordinariis).
- Proszynsky, v. Prosiński.
- Przedborz, Przedborz de: cf. Przedboryus.
- Przedboryus Martinus de Przedborz (I, 516h.; M. Przedthorsch):
- 516h. extraneus simpliciter seu extra facultatem (sabbativos actus ordinarios visitavit 4).
- Przedboryus Martinus (II?, 529), v. Przedboryus Mathias.
- Przedboryus Mathias de Przedborz (513 — 529; M. de Przeborz, Przedbor, Przedbors, Przedborsz, Przedborz, Przedtzborsch, Przedthorsch; 529 Martinus de P.):
- 513 — 515h. extraneus non de facultate seu extra facultatem (513h. sabbativos actus ordinarios visitavit 3; 514 visit. 4; 514h. visit. 12; 515 et 515h. visit. 7).
- 515h. susceptus ad regendam facultatem 23.II.
- 516 — 517 extraneus de facultate (516 actus neglexit 1).
- 517h. — 529 collega minor 525 per alium in actibus fuit 2; 525h. et 528 alium ad actus pro se misit 1; 529 actus negl. 4.
- 526 decanus. [Martinus).
- 513 — 528h. legit aut exercitavit:
- Alberti M. Philosophiam 513h., 518 (pro Obiedzinio legit).
- Aretini Polliscene comoediam 518h. (finitis 10.II Horatii Epistolis addidit, terminavit 4.III).
- Aristotelis De generatione 520 (finivit 14.VIII), 520h., 522h.
- — Metaphysicam 515h. (finiv. ante 2.III).
- — Meteorologica 514 (finiv. 21.IX), 515 (termin. ante 13.VII), 516h. (finiv. post 2.II), 523h., 524 (finiv. 12.IX, negl. 3).
- — Novam logicam seu Ildam partem logicae 525 (13.IX desinit).
- — Parva logicalia 522 (negl. 3).
- — Parvulum philosophiae 516h. (naturalis, finitis post 2.II Meteorologicis inc., legit usque ad 22.III).
- — Physica 521 (negl. 2), 521h. (continuavit), 526 (finiv. ante 21.IX).
- — Posteriora 514h. (finiv. ante 11.III).
- — Topica 516 (finiv. 5.IX), 517, 523 (negl. 1).
- — Veterem artem seu Imam partem logicae 527h. (finiv. 27.III), 528.
- Arithmetica 513 (finiv. 13.IX), 519h. (finiv. 3.II, negl. 1).
- Donati De octo part. orationis 524h. (negl. 3), 526h. (finiv. 11.III, negl. 4), 528h.
- Galli Secundam partem seu syntaxin 518, 525h. (finiv. 16.II), 527.
- Hispani P. Vtium tractatum 520 (finitis 14.VIII De generatione libris inc. 29.VIII).
- Horatii Epistolas 518h. (finiv. 10.II).
- Peroti Grammaticam 517h.
- Vergilii Bucolica 515 (finitis ante 13.VII Meteorologicis post 24.VIII addidit), 519.
- Przedbors, Przedborsz, Przedborz, Przedtzborsch, Przedthorsch de: cf. Przedboryus.
- Przemisla, Przemiszlya, Przemiszlya, Przemysla de: cf. Przemysliensis.
- Przemysliensis Joannes de Przemisla (489 — 495; J. de Premisla, Przemisla, Przemiszlya, Przemyszlya):
- 489 — 491 extraneus simpliciter seu non de facultate (sabbativos actus ordinarios non est ingressus).
- 491 suscepit facultatem circa finem commutationis).
- 491h. — 494h. (?) extraneus de facultate (492h. actus neglexit 1).
- 495 collega minor (?).
- 489 et 491h. — 494 legit aut exercitavit:

- (513 sabbaticos actus ordinarios visitavit 2; 513h. visit. 7; 514 visit. 6; 514h. visit. 5; 515 visit. 4); legit aut exercitavit:  
 — Aristotelis Politica 515 (29.VIII cessavit).  
 — — Priora 514h. (finivit 15.III, neglexit 2).  
 — Hispani P. Septem tractatus seu summu-  
 'las logicae 514 (finiv. 20.IX).  
 — Perspectivam communem 513h. (finiv. 20.XII).  
 — Sallustium 513h. (finita 20.XII Perspectiva inc. 19.1, terminavit 14.III).  
 — Valerii M. Dictorum libros 513.  
 Psari, Psarij, Psarj de: v. Psarensis.  
 Psonka, v. Pszonka.  
 Pszonka Thomas de Cracovia, alias Placidus nuncupatus (540 — 544h.; mgr. Thomas, Th. a Cracovia Junior, Th. de Crac. Minor, Th. Psonka, Pszonka; Placidus in Actis rectoralibus et Conclusionibus Universitatis vocatur):  
 — 540 (539?) — 541 extraneus (541 sabbaticos actus ordinarios visitavit 1).  
 — 541h. — 544 collega minor (541h. actus neglexit 2 et per alium fuit 2; 544 et 544h. extraneus!).  
 — 540 (539?) — 542 legit aut exercitavit:  
 — Aristotelis Ethica 542 (die 2 innovationis studii incepit, ante caniculam desiit).  
 — — Parva naturalia 540h. (d. 2 inc.).  
 — Ciceronis Orationem pro Roscio 540 (d. 2 inc.).  
 — — Paradoxa 541h. (finita 17.II Rhetorica in Quadragesima legit).  
 — — Rhetoricam de inventione 541h. (d. 4 innov. inc., terminavit 17.II).  
 — Grammaticam graecam 539 (? Th. de Cracovia Paulinus an potius Pazonka legit, d. innov. inc., termin. immediate ante 14.IX, negl. 1).  
 — Sallustii De conjuratione Catilinae 541 (d. 8. inc., cessavit ante caniculam).  
 Punikowskj, Pvnikiowsky: v. Ponikiewski.  
 Pyatek, v. Piątek.  
 Pyetrkow de, cf. Piotrkowita.  
 Pylcza de, v. Pilczanus.  
 Pylsna de, Pylsnensis, de Pylsno, Pylsszno.  
 Pylzna, a Pylzno: cf. Pilznensis.  
 Pynczowita, de Pynczov, Pynczow: v. Stalek.  
 Pyothrkof, Pyothrkoff, Pyothrkovia de, Pyothrkowyta, a Pyotrkouia, Pyotrkouiensis,





- — Ethica 535h. (pro Jac. Siepcio legit, Radomscensis Martinus de Radomsko d. 2 inc.).
- — Metaphysicam 544h. (d. 2 inc.).
- — Meteorologica 536 (d. 2 inc., post 14.IX finivit).
- — Parvulum philosophiae 540h. (d. 2 inc.).
- Physica 536h. (d. innov. inc.), 547 (d. 2 inc., propter pestem 18.VI cessavit).
- — Posteriora 545h. (pro Maricio).
- — Veterem artem seu Imam partem logicae 546 (quaestiones, altera d. inc., post 14.IX finiv., negl. 6), 546h. (secundum Porphyrium, d. 3 inc.).
- Caesarii Dialecticam 539h. (d. innov. inc.).
- Glogowitae Introductorium astronomiae 535h. (post 25.XII legit), 540 (d. 3 inc., negl. 2).
- Peroti Grammaticam 545 (d. innov. inc., ad finem commut. legit).
- Sphaeram materialem J. de Sacrobusto 541 (d. 2 inc.).
- Tabulas planetarum resolutas 541h. (Tabellas, in crastino inc.), 542h. (eclipsium, d. 3 inc.), 543 (directionum), 545h. (dir.).
- Theoricas planetarum 542 (d. 2 innov. inc., negl. 1).
- ? Non nominatum autorem 538 (hora 18 in lectorio Ptolemaei, vix quatuor lectiones legit et cessavit).
- Raciążanus Petrus (542), v. Raciążanus Paulus.
- Racyass, Racyqsh, Raczans, Raczas, Racziansz, Raciash, Racziasz, Raczqsch, Raczijash, Raczijans, Raczunsz, Raczus, Raczyqnsch, Raczysz, Raczysz n... et similia: cf. Raciążanus.
- Radlenijskij, v. Radliński.
- Radliński Martinus (539 — 540; M. Radlenijskij, Radlinskij, Radlinskij, Radlynskij):
- 539 — 540 extraneus non de facultate seu non in facultate (539 sabbaticos actus ordinarios visitavit 5; 540 visit. 1).
- 539 et 540 legit aut exercitavit:
- Ciceronis Paradoxa 540 (factis aliquot lectionibus cessavit).
- Peroti Grammaticam 539 (die innovationis studii incepit, post 14.IX terminavit, neglexit 1).
- Radlynskij, v. Radliński.
- Radomscensis Martinus de Radomsko (558 — 560h.; M. de Radomske, Radomskie, Radomsko):
- 558 — 559h. extraneus (558 ad sabbaticas disputationes publicas intravit 4).
- 560 et 560h. collega minor (560 ante vocationem disputavit 3, post vocationem disput. 3, nunquam neglexit ordinem suum; 560h. a 13.XII resignavit collegiaturam et nunquam postea disputavit).
- 558h. — 560h. legit aut exercitavit:
- Alberti M. Philosophiam 560 (die 2 incepit, ad finem commutationis legit), 560h. (continuaturus d. 2 inc.).
- Caesarii Dialecticam 558h. (d. innovationis inc., ad finem commut. legit).
- Ciceronis Officia 559 (pro Rhetorica legit, propter pestem tantum ad 15.VI).
- — Rhetoricam ad Herennium 559 (d. 2 inc., quam ob inopiam auditorum in Ciceronis Officia commutavit).
- Grammaticam 559h. (finitis Horatii Epistolis a Carnisprivio ad Palmarum legit, alias a 28.II ad 7.IV).
- Horatii Epistolas 559h. (d. 1 inc., alias propter pestem 19.XII, ad 28.II legit).
- Radomske, Radomskie, Radomsko de: v. Radomscensis.
- Radosice de, Radosicius, de Radosicze, Radossicius, de Radoszice... et similia: v. Radoszycius.
- Radoszycius Stanislaus de Radoszyce (555 — 563; St. de Radosice, Radosicius, de Radosicze, Radossicius, de Radossicze, Radossijcze, Radoszice, Radoszicze, Radoszycze):
- 555 — 559h. extraneus (556 sabbaticas disputationes publicas visitavit 7; 557 visit. 2; 559h. visit. 1).
- 560 — 563 collega minor (560 neglexit disputationes 1, item propter adversam valetudinem 1; 560h. 9.XI et alias saepe negl., sed idem decanus expinxit, a puero tale scriptum; 562 post 29.IX actus extraordinarios disputavit; 562h. per alium in actu 1 fuit).
- 562h. susceptus ad regendam facultatem, sub finem commutationis ante electionem decani sequentis commut.
- 555, 556 — 557 et 559h. — 563 legit aut exercitavit:

- Alberti M. Philosophiam 561 (die 2 incepit, ad finem legit), 561h. (d. 2 inc., ad finem commut. legit).
- Aristotelis De anima 560h. (d. 2 inc., legit ad finem).
- — De generatione et corruptione 563 (d. 2 inc., ad finem commut. legit).
- — Physica 562 (d. 2 inc., sed pro Veteri arte continuavit, legit ad finem).
- — Topica 562h. (d. 3 inc., legit ad finem commut.).
- — Veterem artem seu Imam partem logicae 562 (Physica pro ea contin.).
- Caesarii Dialecticam 560 (d. 2 inc., propter adversam valetudinem 22.V desiit).
- Ciceronis Epistolas 555 (propter pestem 12.VI desiit).
- — Rhetoricam ad Herennium 556 (d. 1 inc., post 29.IX usque legit), 556h. (contin., d. 2 innov. inc., finiv. ante 21.III).
- Horatii Epistolas 557 (d. 2 inc., legit ad caniculam).
- Vergilii Aeneida 559h. (VIum librum, d. 3 inc., alias ob pestem 21.XII, ad 7.IV legit).
- Radoszycze de, v. Radaszycius.
- Rajowski, v. Burcardini de Cracovia.
- Rathiboria, Ratiboria de: v. Ratiboriensis.
- Ratiboriensis Martinus de Ratiboria (511 et 511h.; M. de Rathiboria, Ratiboria):
- 511 et 511h. extraneus non de facultate (511 sabbativos actus ordinarios visitavit 1).
- 511 legit:
- Formalitates ad mentem Scoti grammaticales 511 (secundum Sirectum, infra dies caniculares non legebat).
- Raua de, Rauensis, de Rava, Ravensis, de Rawa, Rawensis: cf. Rawensis.
- Rawensis Andreas de Rawa (546h.; A. de Raua):
- 546h. extraneus (sabbativos actus ordinarios non est ingressus); legit:
- Arithmetica cum musica 546h. (die 2 incepit, sed frequentissime non legit).
- Rawensis Joannes de Rawa (515 — 516h.; J. de Raua, Rawa):
- 515 — 516h. extraneus simpliciter seu extra facultatem (515 et 516 sabbativos actus ordinarios visitavit 6; 516h. visit. 2).
- 515 et 516 legit aut exercitavit:
- Alberti M. Philosophiam 515.
- Aristotelis Topica 516 (finivit 28.VIII).
- Rawensis Martinus de Rawa (524 — 525; M. de Rawa):
- 524 — 525 extraneus simpliciter seu non de facultate (sabbativos actus ordinarios non intravit).
- 524h. et 525 legit aut exercitavit:
- Aristotelis Meteorologica 524h. (in una septimana post 6.I finivit).
- — Parva logicalia 525 (secundum Marsilium, finiv. ante 14.IX).
- Rawensis Mathias de Rawa (544 — 551h.; M. de Raua, Rava, Ravensis, Rawensis):
- 544 et 550 — 551h. extraneus (550 sabbativas disputationes publicas visitavit 2; 550h. et 551 visit. 1); legit aut exercitavit:
- Aristotelis Veterem artem seu Imam partem logicae 550h. (die 2 incepit).
- Ciceronis Epistolas 551h. (d. 2 inc.).
- Justini Historiarum libros 551 (d. 2 orsus est).
- Sallustii De conjuratione Catilinae 550 (d. 1 inc.).
- ? Non nominatum autorem 544 (hora 17 in lectorio Aristotelis).
- Rawensis Paulus de Rawa (508; P. de Rava):
- 508 extraneus simpliciter seu non de facultate (sabbativos actus ordinarios non est ingressus); legit aut exercitavit:
- Aristotelis Physica 508 (propter vigentem pestem cessavit).
- Rawensis Stanislaus de Rawa (562 — 563; St. Rauensis, de Rawa, Rawensis):
- 562 — 563 extraneus (562 extraordinarie praeesse debet disputationi ordinariae; 563 sabbativas disputationes publicas intravit 1); legit:
- Horatii Epistolas 562h. (die 2 incepit, ad finem commutationis legit).
- Linacri Grammaticam 562 (11.V inc., in canicula finivit).
- Terentii Eunuchum 563 (d. 2 inc., ad 8.IX legit).
- Rawensis Valentinus de Rawa (533h. — 550h.; mgr. Valentinus, V. de Raua, Rauensis, a Rava, Ravensis, a Rawa):

- 533h. — 536 extraneus non regens facultatem seu extra Collegium et facultatem (533h. sabbativos actus ordinarios visitavit 1; 534 visit. 5; 534h. — 536 visit. 7).
- 536 adnumeratus in facultatem.
- 536h. — 540h. collega minor (537h., 538 et 539 in actibus per alium fuit 1).
- 541 — 550h. collega maior (541 — 542, 544 et 550 per alium fuit 1; 542h. per alium 2; 543h. actus neglexit 1; 550 pro decanatu suo lectionem suam exercitavit).
- 540h. et 550h. decanus.
- 534 — 544, 550 et 550h. legit aut exercitavit:
- Alberti M. Philosophiam 541h. (ipso die innovationis studii incepit), 542 (continuavit, d. innov. inc., post 14.IX finivit).
- Aristotelis De anima 537 (d. 3 inc.), 542h. (d. 2 inc.), 544 (quaestiones), 550 (d. 2 inc., ad finem commutationis legit).
- De coelo et mundo 540 (d. 1 inc.), 541h. (d. 3 innov. studii inc., propterea quod die precedenti non conveniunt auditores).
- De generatione 543 (quaestiones, d. 2 inc.).
- Ethica 543 (d. innov. inc.), 543h. (contin., propter pestem 8.I inc.).
- Parva logica 536h. (d. 2 inc.).
- Physica 534h. (d. 3 inc., negl. 1), 535 (contin., d. innov. inc.), 540h. (d. 1 inc.), 550h. (quaestiones).
- Posteriora 544.
- Topica 539 (d. innov. inc., terminavit post 21.IX, negl. 3), 542 (in crastino innov. inc.).
- Veterem artem seu Imam partem logicae 539h. (d. innov. inc.).
- Arithmeticam cum musica 536 (d. 2 inc.).
- Caesaris Dialecticam 538 (d. innov. inc., finiv. 24.IX), 538h. (contin. ad mandatum rectoris Universitatis, d. innov. inc., finiv. 11.II), 541 (d. 2 inc.), 542h. (d. innov. inc., post Pascha finiv., alias post 25.III).
- Grammaticam 537h.
- Peroti Grammaticam 534 (d. innov. inc., finiv. post 21.IX, negl. 8).
- Theoricarum planetarum 535h. (d. 2 inc.), 541 (d. inc.).
- Rczeschow, Rczeszow, Rczyeschow, Rczyeszow de: v. Arciszewski.
- Recepta Andreas de Cracovia seu de Gostyń, alias Gostynski aut Praetorius appellatus (558 — 563; Andr. Recepta, A. de Cracouia Recepta, A. de Crac. Praetorius, A. a Gostin Cracoviensis, A. Gostinensis Cracouianus, A. Gostinius, A. Gostinski Crac., Gostinsky, Gostynsky):
- 558 — 559 extraneus (558 disputavit 1).
- 559h. — 563 collega minor (559h., 560, 561 et 562 sabbativas disputationes publicas nunquam est ingressus; 560h. disputationes neglexit 2; 561h. negl. 3; 562 ordo redibit ad Andr. Crac. Praetorium; 563 disputationes nunquam ingressus est nec lectionem legit).
- 558 et 559h. — 562h. legit:
- Ciceronis Officia 561h. (die 1 incepit, 562 (continuavit, d. 2 inc., ad finem nescivit decanus interdum, quid legit).
- Orationem pro Ligario 559h. (d. 1 inc., alias propter pestem 19.XII, ad 7.III legit).
- pro Milone 560 (d. 2 inc., ad finem commutationis legit).
- Somnium Scipionis 562h. (26.X inc., non legit ad finem commut.).
- Topica 560h. (d. 2 inc., ad Carnisprivium legit).
- Verrinas actiones 561 (d. 1 inc., ad finem commut. legit).
- Linacri Grammaticam 560h. (d. 3 inc.).
- Vergilii Aeneida 558 (d. 1 inc., ad 25.VII legit).
- Reczyca de, v. Rzczycius. [tanus.
- Regali ponte de, v. Sabinka alias Regio-Regiomontanus Albertus de Monte regio, Ungarus (?), 489 et 489h.; A. de Monte regio):
- 489 et 489h. extraneus non de facultate (sabbativos actus ordinarios non intravit: legit aut exercitavit:
- Ciceronis Officia 489h. (pro mgro Czepel legit).
- Hispani P. Septem tractatus seu summulas logicae 489.
- Regiomontanus Valentinus de Grimb-berg (?), Ungarus (?), 495 — 496; mgr. Valentinus, V. de Grimb-berg, de Monte regio, de Regio monte):

- 495 — 496 extraneus non de facultate (sabbativos actus ordinarios non est ingressus).
- 496 ad facultatem susceptus in autumnno 24.IX (V. de Regio monte).
- 495 et 496 legit aut exercitavit:
- Aristotelis Elenchos 495 (V. de Grimberk).
- Dati A. De conscribendis epistolis 496 (mgr. Valentinus pro Mich. Varadinensi legit).
- Theoricas planetarum 496 (V. de Monte regio).
- Regio monte de, cf. Regiomontanus.
- Regiopontanus Bartholomaeus de Cracovia seu de Stradomia (527 -- 556), v. Sabinka.
- Regiopontanus Valentinus de Cracovia seu de suburbio Stradomia (547 — 549; mgr. Valentinus, V. Regiopontanus; V. de Stradomia in Metrica studiosorum Universitatis 541 vocatur):
- 547 — 549 extraneus (sabbativos actus ordinarios non est ingressus).
- 547 legit:
- Ciceronis Officia 547 (pro Petro Poznania, 2.V incepit, propter pestem 18.VI cessavit).
- Regioponte de, Regiopus: cf. Regiopus.
- Reguli de, v. Regulis
- Regulis Joannes de Reguły de armis Stary koń (500 — 507h.; J. de Reguli; 500 dr. medicinae et protunc rector Universitatis; 507 item rector; haeres de Kormniki in Actis rectoralibus et Conclusionibus Univ. vocatur):
- 500, 507 et 507h. medicus ordinarius, legit:
- In Medicinis 500, 507 et 507h.
- Reguły de, v. Regulis.
- Richwalski, v. Rychwalski.
- Rijczwol, v. Ryczywól.
- Roczesow, Roczeszow de: v. Arciszewski.
- Rogucki Silvester a Świec (548 — 558; mgr. Silvester, Sylvester, S. Roguczki, Roguckij, Roguczki, Roguczky, Rogvczky; 549 S. Roguskj; 552 Rogvskj; 558 dr. medicinae; in mss. bibl. Jag. »mathematices peritissimus et physicus regius« nominatur):
- 548 — 551 extraneus (548 sabbativas disputationes ordinarias visitavit 6; 548h. et 550 visit. 5; 549 visit. 1; 550h. disputavit actus extraordinarios, actus autem ordinarios visit. 5; 551 nunquam neglexit in suo ordine vocationem).
- 550h. susceptus ad facultatem in fine commutationis die, quo electus est novus dnus decanus.
- 551h. — 558 collega minor (551h., 552 et 553 actus negl. 2; 552h. admissus et susceptus ad participationem facultatis 24.V?; 553h. sine venia abiit in Italiam, praesidens mgr. per alium praefuit; 553h. — 554h. et 556h. — 558 nunquam disputavit; 555 et 556 actus negl. 1; 555h. negl. 4, eousque absens ab Universitate citra omne dispendium).
- 548 — 555, 556 — 557 et 558 legit aut exercitavit:
- Alberti M. Philosophiam 550h. (die 1 incepit, 17.II finivit), 551 (d. 1. inc., ad finem commut. legit).
- Appiani Romanarum historiarum libros 554 (?), Geographiam, per alium d. 1 inc., ad finem usque continuavit quartalis).
- Aristotelis Elenchos 550 (d. 2 inc., ad finem commut. legit).
- Clenardi Grammaticam graecam 555 (per alium d. 3 inc., propter pestem post 12.VI desiit), 556h. (per alium 24.XI inc., desiit ante 3.III).
- Euclidis Elementa geometriae 552 (d. 2 inc., ad finem legit).
- Glareani Geographiam 557 (per alium d. 3 inc.), 558 (per alium d. 4 inc., ad 27.IX legit).
- Ptolemaei Quadrupartitum opus 549 (IIIdum, contin., d. 2 inc.), 553 (IIItium et IVtum, d. 2 inc.).
- Sphaeram materialem J. de Sacrobusto 551h. (d. 2 inc.), 556 (per alium ad 29.IX legit).
- Tabulas planetarum resolutas 554h. (directionum, d. 3 inc., ad 27.II per alium legit).
- Theoricas planetarum 552h. (d. 2 inc., 17.II finiv), 553h. (d. 2 inc., ad 18.II legit).
- Trapezuntii Dialecticam 549h. (d. 1 inc.).
- Vergilii Georgica 548 (d. 1 inc., 13.IX

- finiv.), 557 (per alium d. 3 inc.).  
 — Wratislavitae Introductorium in Almannach 548h. (in Ptolemaeum?, d. 1 inc., finiv. 11.11?, negl. 2).  
 Roguczki, Roguskj, Rogvczky, Rogvskj... et similia: v. Rogucki.  
 Rosatus Stanislaas, vulgariter Rożanka dictus (549; St. Rosatus):  
 — 549 extraneus (sabbativos actus ordinarios non intravit); legit:  
 — Ciceronis Orationem pro Roscio 549 (d. 1 inc., quam non finivit).  
 Rostkowski, v. Rostowski.  
 Rostkowski Stanislaus (545; St. Rostkowski):  
 — 545 extraneus (sabbativos actus ordinarios visitavit 5); legit:  
 — Aristotelis De anima 545 (die 2 innovationis studii incepit, 25.IX finivit).  
 Rożanka, v. Rosatus.  
 Rudolphus poeta (518h.—520), v. Agricola.  
 Ruschoczkij, de Rusocice: v. Rusocki.  
 Rusocki Michael de Rusocice (496 — 505; M. Ruschoczkij, Rusoczki, Rusoczkij, Rusoczky, Russoczkij, Russoczky, de Russoczijcze, Russoczki, Russoczky, de Russoczycze, Ruszyoczkij, Rvsoczky):  
 — 496 — 501h. extraneus non de facultate (496 ad sabbativos actus ordinarios ambulavit; 500h. et 501 tantum 2 in actibus fuit).  
 — 501h. assumptus in facultatem in fine commutationis 26.II.  
 — 502 — 505 extraneus de facultate (502, 502h. et 504h. actus neglexit 2; 503h. negl. 4; 505 nunquam fuit).  
 — 496, 498h., 499h. — 502h., 503h., 504h. et 505 legit aut exercitavit:  
 — Aristotelis De anima 496.  
 — — De coelo et mundo 505 (finivit 14.VII, negl. 8!).  
 — — Ethica 498h. (non exercitavit).  
 — — Metaphysicam 501 (inceperat, sed non continuavit), 501h.  
 — — Meteorologica 503h. (discontinuo finiv. 11.1!).  
 — — Parva naturalia 500 (discontinuo).  
 — — Politica 504h. (alius pro eo contin.).  
 — Euclidis Elementa geometriae 498h. (exercitavit), 500h.  
 — Perspectivam communem 499h. (non finiv.), 502 (raro legit et perfunctorie discontinuando, finiv. in illa sillaba Pro copj etc., alias 8.VII?).  
 — ? Non nominatum autorem 502h. (hora 22 in lectorio Maronis, solum ad Nativitatis dni legit, non finivit).  
 Rusoczki, Russoczkij, Russoczky, de Russoczijcze, Russoczki, Ruszyoczkij... et similia: v. Rusocki.  
 Rutheni: v. Biel; Herbest B.; Herbest L.; Herbest N.; Krosnensis L.; Krosnensis M.; Krosnensis P.; Neopolitanus L.; Neopolitanus M.; Ticinius; Wisliciensis.  
 Rvsoczky, v. Rusocki.  
 Rychwalski Stanislaus (561; St. Richwalski):  
 — 561 extraneus (nunquam disputavit!).  
 Ryczywół Gregorius (557; G. Rijczwól):  
 — 557 baccalaureus existens diebus canicularibus actus extraordinarios celebravit.  
 Ryepingen de, v. Ulmensis.  
 Rzczeszow de, v. Arciszewski.  
 Rzczica, Rzczicza, Rzczijcza, Rzczycza de: v. Rzczycius.  
 Rzczycius Stanislaus de Rzczycza (513 — 527; St. de Rzczica, Rzczicza, Rzczijcza, Rzczycza; Rztzytza; 518 a 23.VII praeceptor Er. et Sev. Bethmanorum, cf. Praefationem):  
 — 513 — 515h. extraneus non de facultate (513 sabbativos actus ordinarios visitavit 2; 513h. et 515 visit. 6; 514 visit. 4; 514h. visit. 7).  
 — 516 susceptus ad regendam facultatem a principio commutationis 3.V.  
 — 516 — 517h. extraneus de facultate (516 actus neglexit 2; 517h. negl. 3, non de facultate!).  
 — 518 — 527 collega minor (519 actus per se visit., per alium 1; 520 et 520h. per alium fuit 1; 521 et 522 neglexit 1; 522h., 524h. et 526h. nunquam fuit; 523 per alium semper, negl. 1; 523h. et 525 nunquam per se fuit; 524 nullotiens per se, semper per alium fuit; 525h. nunquam per se nec per alium intravit; 526 per alium solum 1 fuit; 527 semper per alium actus visit.).  
 — 513 — 515, 516, 517h. — 520 et 521 — 526h. legit aut exercitavit:

- Algorithmum linealem, cf. Praefationem.
- — Aristotelis De anima 518h. (finivit 10.III).
- — De coelo et mundo 516 (finiv. 2.IX), 517h. (negl. 5), 519h. (finiv. 17.III), 521h. (ad 14.II legit).
- — Metaphysicam 513.
- — Parva naturalia 515 (terminavit ante caninulam).
- — Parvulum philosophiae 518.
- — Physica 514, 514h. (continuavit, termin. 20.III).
- — Politica 526 (Mart. Garbarz de Cracovia Senior pro eo legit).
- — Posteriora 513h. (finiv. 24.I!), 521.
- — Topica 525h. (N. Kobylinskius pro eo).
- — Veterem artem seu Imam partem logicae 519 (finiv. 19.IX).
- Distinctiones ad mentem Scoti grammaticales 515 (secundum Sirectum).
- Flori L. Ann. Romanarum historiarum libros, cf. Praefationem.
- Gellii A. Ncotes atticas, cf. Praefationem.
- Horatii Epistolas 524h. (B. Wratislawita pro eo).
- Laeti P. De Romanorum magistratibus, cf. Praefationem.
- Nigri Epistolas 520 (per se incepit 30.IV, post caniculares finiv. 24.IX).
- Persii Satiras 522h. (B. Wratislawita pro eo).
- Pyladis Grammaticam, cf. Praefationem.
- Rufi S. Breviarium historiae, cf. Praefationem.
- Sallustium 522 (post 4.V inc.).
- — cf. Praefationem (Sallustium utrumque).
- Solini De mirabilibus mundi 526h. (St. Łowicius Senior pro eo).
- Suetonii Vitas imperatorum, cf. Praefationem.
- Thessalonicensis D. De situ orbis, cf. Praefationem (Dionisium Alexandrinum).
- Valerii M. Dictorum libros 523 (B. Wratislawita pro eo), 523h. (item B. Wratislawita pro eo), 524 (continuavit).
- — cf. Praefationem.
- Vergilii Aeneida et Eclogas, cf. Praefationem.
- ? Non nominatum autorem 525 (pro mgro Rzeczycio lectio hora 15 lecta per alium, 525h. (item pro Rzeczycio lectio per alium lecta).
- Rzeczycza de, v. Rzeczycius.
- Rzeschow, Rzeszowo de: v. Arciszewski.
- Rzetzytza de, v. Rzeczycius.
- Sabinus, v. Sabinka.
- Sabinka Bartholomaeus de Cracovia seu de suburbio Stradomia, alias etiam Regiopontanus, Sabinus aut Sabinus dictus (527 — 556; mgr. Bartholomaeus, B. de Ponte, a Ponte regali, Ponte regali, Ponte regio, Regali ponte, Regiopontanus, a Regioponte, Regioponus, Sabinus, Sabinka, Sabinus, Sabyinka, de Stradom, Stradomia, Stradomiensis, a Stradomija, Stradomya, Stradomius, Szabinka, de Sztradomija; 539 dr. medicinae; 556 mortuus 20.VIII):
- 527 — 529 extraneus simpliciter, sine facultate seu in artibus laborans (527, 527h. et 529 sabbativos actus ordinarios visitavit 6; 528 et 528h. visit. 5).
- 529 susceptus ad regendam facultatem.
- 529h. — 530h. extraneus de facultate seu facultatem regens (529h. actus nunquam visit.; 530 neglexit 2).
- 531 — 556 collega minor (531, 531h., 532, 538h., 544h., 546h., 555 et 556 actus negl. 1; 534h. per alium fuit 1; 537 et 540 negl. 1 et postea semper per alium fuit; 537h. per alium 2; 539 per alium visit. et 2 negl.; 541 et 547h. negl. 3; 541h. per se nunquam intravit et per alium tantum 2; 542, 544 et 547 negl. 2; 543h., 545, 546, 549h., 550h., 552h. et 553h. — 554h. nunquam fuit; 545h. per alium tantum 2 fuit; 548h. negl. 7, nunquam intravit; 551 non disputavit; 551h. negl. 1, nunquam fuit; 552 negl. 4, per alium fuit 2; 553h. sine venia abiit in Italiam; 555h. negl. 4, eousque absens ab Universitate citra omne dispendium).
- 536 decanus.
- 527 — 537, 538 — 542h., 543h. — 555 et 556 legit aut exercitavit:
- Alberti M. Philosophiam 527 (3.V incepit), 540 (per alium die 1 inc.).
- Aristotelis De anima 530h. (finivit 17.II), 534 (d. 2 innovationis studii inc., post 21.IX finiv., negl. 1), 535 (de via Scotisantium, d. 2 inc., negl. 1).

- — De coelo et mundo 542h. (d. 3 inc.), 545 (quaestiones, d. innov. inc., 25.IX finiv.), 549 (d. 2 inc., negl. 7), 550 (per alium d. 2 inc., ad finem commutationis legit), 553 (d. 1 inc.).
- — De generatione 541 (d. 2 inc.), 543h. (propter pestem inc. per alium feria 3 post festa Nativitatis dni, alias?), 546h. (Stalek de Pinczów pro eo legit), 548h. (item Stalek de Pinczów pro eo), 549h. (per alium legit), 552 (per alium d. 1 inc., ad finem legit), 553h. (d. 2 inc.).
- — Metaphysicam 527h., 533 (d. 2 post innov. inc.), 538h. (Glaber de Kobylino pro eo). [negl. 6].
- — Meteorologica 534h. (d. 3 innov. inc.,
- — Novam logicam seu Ildam partem logicae 546 (quaestiones, altera d. per alium inc., in cunicula nunquam legit, negl. 6).
- — Oeconomica 528 (finiv. 28.V), 540h. (per alium d. 1 inc.).
- — Parva logicalia 529h. (d. 1 post innov. inc.), 530 (secundum Marsilium, finiv. 19.IX, negl. 3), 537 (per alium d. 1 inc.).
- — Parva naturalia 528h. (negl. 6), 541h. (in crastino per alium inc.), 548 (d. 2 inc.), 550h. (alius pro eo d. 1 inc.).
